cit dolor. Miliciam vō m̄m̄m̄m̄ di-  
co nō spartiatarū quoz p̄cedit  
ad modum ad tibiam. nec adhibe-  
tur ulla sine anapestis pedibus  
hortatio ergo n̄ri exatus vnde no-  
men habeat vides. Deinde qui la-  
bor q̄ntus agminis ferre plus di-  
midiat mensis abaria ferre si-  
quid ad usum vehit. fide uallū.  
Nam scutū gladiū galeā onēā  
n̄ri milites nō plus numerāt.  
si humeros. lacertos. manū. Ar-  
ma em̄ mēbra militis ēē dicunt.  
Que quidem ita genūt apte: ut  
si usus foret abiectis onerab; ex-  
peditis armis. ut mēbris puḡre  
possint. Quid exercitatio legionū.  
quid ille concursus clamor q̄nti  
laboris est. Ex hoc ille animū

in plus paratus ad vulnē. adduc  
pari animo meritatū militem:  
mulier videbitur. Cur. Tantū  
intest inter nouū et veterē exer-  
citum. Qūntū expti sum;: etas  
trionū plurimūq; melior. sed  
ferre laborem. cōtempnē vulnū  
consuetudo docet. Q̄nēā videm;  
ex acie efferri sepe saucios. et q̄-  
dem rudem illū et meritatū q̄-  
nis leui ictu ploratus turpissios  
edere. At vero ille exatatus et  
veteris. ob eam q̄ rem fortior medi-  
cū modo requirēs a quo obliget.  
o patricoles inquit ad vos ven-  
ens auxiliū et uas manū expec-  
to. plus q̄m opetam malā pestē  
mandatā hostili manu. Neq;  
sanguis ullo potis ē pacto cōsiste  
profluēs. Si quidē magis sapia  
n̄ra mors deuitari potest. Namq;  
estulapij liboz saucij op̄let por-  
tatis. Non potest accedere certe.  
Euripilus hic quidem ē hominū  
exercitatus. ubi tantū luctus conti-  
nuatur. Vide q̄m nō flebilē  
rūderat. vōnem etiā afferat: aut  
equo aīo sibi ferendū sit. Qui  
alteri exiciū parat. eū scire opor-  
tet sibi paratā pestem. ut p̄tici-  
pet parem. Abducet patricoles  
credo ut collocet in cubili. ut vul-  
nus obliget. Siquidem homo cēt.  
sed nichil vidim;. Querit em̄  
quid actū sit. Eloquere res ar-  
gum̄ ut plio se sustinet. Non  
potas effari tantū dictis: q̄ntum  
feris laboris suppetit. Qui esce  
igitur. et vulnū alliga. Etiā si

al. in honore



euripilus posset. nō posset esop.  
 ubi fortuna hectoīs iram acrem  
 animi iā inclinātā et cetā expli-  
 cat in dolore. Si em̄ intempans  
 militaris in forti viro glā. Ergo  
 h̄ veteranus miles facē potit: doc-  
 tus vir sapiensq; nō potit. Ille  
 vero melius ac nō paulo quidem.  
 Sed adhuc de consuetudinē exercitati-  
 onis loquor: nondū de rōne et sa-  
 pientia. amabile sepe mediā bi-  
 diū aut tardū ferūt. Subduc-  
 abū unū diem. athlete iouē olim-  
 pium eū ipm̄ cui se exercebit i-  
 plorabit ferre nō posse clamabit.  
 Consuetudis magna vis est. P-  
 noctant venatores in iuue. i mō-  
 tib; uri se patiuntur. Inde pug-  
 les celestib; contusi. ne ingemis-  
 cūt quidem. Sed quid hos quib;  
 olimpiorū victoria nichil antiquū  
 videtur. Gladiatores aut pditi  
 homines aut barbari quas plagas  
 pferunt. Quomō illi qui bene  
 instituti sūt accipe plagam ma-  
 lūt: qm̄ turpit̄ mutare vitare.  
 Qm̄ sepe apparet nichil eos mal-  
 le qm̄ dno placē ul' pplō. Mutat  
 etiā vulnerib; confecti. ad dnos.  
 qui querāt quid velint si satis h̄  
 factū sit. velle disambē. Quis  
 modo gladiator ingemuit. quis  
 vultū mutavit unqm̄. quis non  
 modo stetit. verū eadē deiecit t̄  
 piter. Quis cū ferrū p̄cipere  
 iussus. collū contraxit. Tantū  
 exercitatio. meditatio. cōsuetudo  
 valet. potit ergo hoc sanis spur-  
 tus homo. uita illa dignū locoq;

vir natus ad gliam ullam ptem  
 animi tā mollem habebit qm̄ nō  
 meditatioē et rōne corroboret.  
 Crudele gladiatorū spectaculū et  
 m̄hūanū non nullis videri solet.  
 Et adhuc scio an ita sit ut nūc  
 sit. Cū vero fontes veni ferro de-  
 pugnabāt: aurib; fortasse multe  
 oculis quidē nulla poterit eē for-  
 tior cont̄ dolorem et mortē disa-  
 plina. De exercitatioē et con-  
 suetudinē et cōmentatioē dixi. age  
 sis nūc de rōne videam: nisi qd  
 vis ad hęc. *D. viii.*  
**E**go ne ut te impellē:  
 ne hoc quidem velle.  
 Ita me ad credendū tua  
 duat oratio. Sit ne igitur  
 dolore malū nec ne scoria viderunt:  
 qui contortulis quib; dā et minu-  
 tis conclusis conclusitulis nec as-  
 sensib; pmanētib; effici uolunt  
 nō eē malū dolorem. Ego illud  
 quiddā sit tantū eē. qm̄ videt  
 non puto: falsa q; eius spē et vi-  
 sioē moueri homines dico vehemē-  
 tuis doloremq; eius omnē eē tole-  
 rabilem. Unde igit̄ ordiar. An  
 eadem breuit̄ attingā que modo  
 dixi. quo facilius oratio progredi  
 possit longi. Ite om̄s igit̄ hoc  
 constat nec doctos homines solū.  
 sed etiam idoctos: viroz eē fortū  
 et magnanimoz et patientū  
 et humana vincentiū tolerāter  
 dolorem pati. Nec vero quisq;  
 fuit: qui eū qui ita patētur.  
 laudandū putaret. Quod ḡ  
 et postulat̄ a fortib; et laudat̄



cum fit: id aut extimescere venies  
aut non ferre potest. nonne turpe est?  
Atqui vide ne cum omnes recte affecti  
ones animi virtutes appellentur. h  
primum nomen omni non sit. sed ab  
ea que una ceteris excellebat omnes  
nominate sunt. appellata est enim  
ex viro virtus. Viri autem propria  
maxime est fortitudo: cuius mu  
nera sunt maxima mortis doloris  
que contemptio. Utendum est igitur  
hinc: si virtutis copotes. vel potius  
si viri esse volumus: quam a viris vir  
tus nomen est mutuata. **Q**ue  
res fortasse et recte. talem enim phi  
losophiam medicina proficit: quo modo  
venit epicurus homo minime malus  
vel potius vir optimus. tamen monet  
quintus intelligit. Neglige inquit  
doloris. Quis hoc dicit? Idem  
qui doloris summum malum vix satis  
constanter audiamus. Si summus do  
lor est inquit. breue esse necesse est.  
Terenda sunt michi ista eadem. Non  
enim satis intelligo quid summum di  
cas esse. quid breue. Summum. quo  
nichil sit superius. breue quo nichil  
breuius. Contempno magnitudinem  
doloris. a qua me breuitas temporis  
iudicabit antequam pene adueniat.  
Sed si est tantus dolor quantum phi  
loctere: bene plane magnus michi  
videtur. sed tamen non summus. Ni  
chil enim dolet nisi pes. potest oculi.  
potest caput. latera pulmones.  
potest omnia. longe igitur a summo  
doloris. Ergo inquit dolor diutius  
habet leticie plus quam mesti  
cie. Non ego nunc possum tantum

hominem dicere. nichil sapere: sed nos  
ab eo dederi puto. Ego autem dico  
summum dolorem. etiam si x. achomie  
maior sit alius non continuo esse bre  
uem. Multosque bonos viros pos  
sum nominare: qui copiosos annos  
doloribus podagrie cruciatur maxis.  
Sed homo catus nunquam timet  
nec magnitudinis nec diuturnita  
tis modum: ut sciam quid summum  
dicat in dolore. quid breue in tempore.  
Omittam hunc igitur nichil dicere.  
tem proorsus: cogamque confiteri  
non esse ab eo doloris remedia que  
renta. qui doloris malorum omnium dixit  
maximum. quamvis idem forniculum se  
in coramibus et in straguria sua  
prebeat. **v. capitulum.**

**A**lunde igitur est querenda  
medicina et maxime  
quidem si quid maxime consenta  
neum sit querimus ab hijs. quibus  
quod honestum sit summum bonum quod  
turpe summum videtur malum. Hijs  
tu potestis gemere et iactare te non  
audebis profecto. loquetur enim coram  
voce virtus ipsa tecum. Tu ne  
cum pueros lacedemone. adolescentis  
olimpie barbaros in harena vide  
ris gravissimas exapietis pla  
gas et ferentis silencio: si forte  
dolor aliquis perdidisset exclama  
bis ut mulier. nec constantem et  
sedare feris. fieri non potest: na  
tura non patitur. Audio. Pueri  
ferunt gloria ductu. ferunt pudore  
alij. alij metu: et tamen verum.  
ut hoc quod a tam multis et tot  
locis profertur natura patiat? Illa



vero nō modo patitur: necū etiam postulat. Nichil em̄ habz p̄stans. nichil quod magis expetat. qm̄ honestatē. qm̄ laudē. qm̄ dignitatē. qm̄ deus. **H**isce ego pluribz nomibz vnā rem declarā uolo. sed utar: ut qm̄ maxime significem pluribz. **V**olo autē dicē illud homi longe optimū eē quod ipm̄ sit optimū p̄ se a virtute p̄fectū uel in ipā virtute sitū sua spēre laudabile. **Q**uod quidē aiō dixērim solum qm̄ sumū bonū. **A**tz hec ut de honesto. sic de turpi contraria. **N**ichil tam retrū uel tā asp̄nādū: nichil hoīe indignū. **Q**uod si tibi p̄suasū est. p̄ncipio em̄ dixisti plus in dedecōe mali tibi videri. qm̄ in dolore: reliquū est ut tute tibi impes. qm̄q̄ hoc nescio quomō dicatur. quasi duo simū. ut alē impet alter pareat. **N**on insate tā dicatur. **E**st em̄ animū in ptes distributū duas: quarū alterā rōnis est particeps. alterā expers. **C**ū igitur p̄cipit. ut nobismetipis impemū: hoc p̄cipitur ut rō coherceat temeritatē. **E**st in animis om̄i fere molle natura quiddā demissū humile. eneruatiū quodāmodo languidū. et si nil eēt aliud. nichil eēt hoīe deformiū. **H**ec p̄sto est domina om̄i et regina ratio: que cōnexa p̄ se et progressa longius sit p̄fecta virtus. **H**ec ut impet illi parti animi q̄ obedire debet: id videndū est vno. **Q**uonā modo in quies. **V**elud dūs seruo. vel ut

impator militi. vel ut patēs fili. **S**i turpissime se pars illa animi geret quā dixi eē mollem si selmentis muliebrit lacrimis qz det: vniat et constingat amicum p̄mquoz qz custodijs. **S**ep̄ em̄ videm⁹ fractos pudorē q̄ rōn nulla vincerentur. **E**rgo hos quidē ut famulos vinctis certe ac custodia: qui autē erant firmiores nec tamen robustissimi. hos amicitia oportebit ut bonos milites reuocatos dignitatē tueri. **N**ō minus in vixtis ille sapiētissim⁹ grece ḡnter saucius lamētatur. uel modice potus. **P**ede temptum inquit **I**te et sedato uisu: ne succissim arripiat maior dolor. **P**acum⁹ hec melius qm̄ sophocles. apud illū em̄ ulixes p̄ quā flebit lamētatur in vulnere. **T**amen huic leuit⁹ gemētū illi ipi qui ferūt sauciū p̄sonē ḡntatem intueres non dubitarūt dicē. **T**u quoqz ulixes qm̄q̄ grauit⁹ cernim⁹ ictum pene nimis aiō es molli: qui cōsuetus in armis em̄ gere. **I**ntelligit poeta prudens ferendi doloris consuetudinē eē non contempnēdam magistrā. **A**tz ille non imoderate in magno dolore. **R**etinete. tenete. opprimate ulcus. **P**udate heu me miserū excrucior. **I**ncipit labi. deinde illud desinit. **O**pite. abscedite iam iam mitate. **N**am atrectatu et q̄ssu seuū amplificatis dolorē. **V**idene ut obmutueit nō sedat⁹ corpis sed castigatus autum dolor. **I**taqz



in extremis viperis alios quoque ob-  
iurgat: idque mouens. **C**ongru-  
fortunam aduersam. non lamentari  
debet. Id viri est officium: fletus  
muliebris ingemo additus. **H**uius  
animi pars illa mollior rationem sic  
paruit: ut seueri imperatori miles  
prudens. In quo vno erit perfecta  
sapientia. que adhuc nos quidem  
videmus neminem: sed philosophorum sente-  
ntias qualis hic futurus sit. si modo  
aliquid fuit exponitur. Ea igitur  
que erit in eo perfecta atque absolu-  
ta sapientia. sic illi parti inferiori im-  
parabit: ut iustus pateris filijs nu-  
tu quolibet conficiet nullo labore  
nulla molestia. Eriget ipse se sus-  
tinebit. instruet. armabit: ut tan-  
quam hosti. sic obsistat dolori. Que  
sunt ista arma? Contencio. con-  
firmatio. sermoque intus: cum ipse  
seam. Caue turpe quidquam lan-  
guidum non virile. obuersetur spes  
honeste. zeno proponat cleares: qui  
possessus est omnia potius quam con-  
silia delenda tyrannidis indicaret.  
De anaxarcho democritio cogitetur:  
qui cum tyri in manus timocaron-  
tis regis madisset. nullum genus  
supplicij deprecatus est. neque recu-  
savit. Calamus indus indoctus  
ac barbarus in india: amfasi  
natus sua voluntate nimis com-  
bustus est. Nos si pes condoluit.  
si dens. sed fac totum dolo corpus:  
ferre non possumus. Opinio enim  
est quedam effemata ac leuis.  
nec in dolore magis quam eadem  
in voluptate qua cum liquefimus

Humiliter mollicia apud aculeum sine  
clamore ferre non possumus. **A**l-  
ter vero. **S.** Marus rusticanus vir.  
sed plane vir cum seceret ut super  
dixi principio vetuit se alligari.  
Nec quisquam cum marum solutus  
dicitur esse seceret. Cur ergo alij  
postea. Valuit auctoritas. Vides  
ne igitur opinio non nature esse  
malum. Et cum fuisse aarem mor-  
sum doloris: idem marus ostendit.  
Crus enim alterum non prebuit. Ita  
et tulit dolorem ut uir. et ut  
homo maiorem ferre sine causa  
necessaria uoluit. **Capitulum. xv.**

**C**orum igitur in eo est  
ut tibi impes. ostendi autem  
quod erit impandi genus:  
atque hec cogitatio quid patientia.  
quid fortitudine. quid magnitudine  
animi dignum sit dignissimum sit.  
Non solum enim animum comprimunt.  
sed etiam ipsum dolorem nescio quo  
pacto mitiorem facit. Ut enim fit  
in prelio. ut ignauus miles ac ti-  
midus simul ac uidet hostem. ab-  
iecto sacro fugiat quantum possit.  
ob eamque causam peat non nunquam  
etiam integrum corpore. cum ei qui ste-  
terit nichil tale euenerit: sic qui  
doloris spem ferre non potest abia-  
unt se atque ita afflicti et exanima-  
ti iacent. Qui autem resisterunt:  
discedunt sepiissime superiores. Sunt  
enim quedam animi similitudines  
animi corpore: ut ouera contentis  
corpore facilius feruntur remissis  
opprimunt. Similiter animus in  
contencione sua depellit pressum omnem



ponderū : remissioe autē sic urge-  
tur. ut se neq̄at extolle. Et si ve-  
rum querim⁹ : in omib⁹ officijs p̄-  
sequētis animi est adhibenda con-  
tencio. Ea est sola officij tanq̄m  
custodia. Sed hoc idē in dolore  
maxime est providendū : ne quid  
abiecte. ne quid timide. ne quid ig-  
naue. ne quid seruiliter muliebrit̄  
ve faciam⁹. In p̄mis q̄ refutet̄  
ac iudicatur ille philoctete⁹ cla-  
mor. Ingemiscē non nūq̄m vir  
p̄missū est : id q̄ raro. euilatus  
ne mulieri quidem. Et hic nim-  
rum est fletus : quem .xij. tabule  
in funebz adhiberi veterunt.  
Nec uero unq̄m nec ingemiscit  
quidē uir fortis ac sapiens : nisi  
forte ut se intendat ad firmitatē.  
Ut in stadio cursoris exclamant.  
qm̄ maxime p̄nt. faciūt idē  
cū exēntur athletē. Pugiles uō  
etiam cū ferunt adūsariū : i iac-  
tandis cestib⁹ ingemiscūt. nō q̄  
doleant animo ve succubant. sed  
quia p̄ fundenda uoce omē corp⁹  
intendit̄. uenitq̄ plaga vehemē-  
tior. Quid qui uolūt exclamāc  
maus. Nū satis hūt latera fau-  
ces lingua intēde. e quib⁹ elia vo-  
cem et fundi. ut dem⁹ toto corpe  
atq̄ omib⁹ unguis. ut dicit̄ conec-  
tionem uoces afferunt. Genu me  
hercule. at. antonū uidi cum cō-  
tēpte pio serpo lege uaria dicit̄  
tange trum. Ut cū baliste lapi-  
dum et reliqua toruēta teloz eo  
grauiores emissiones hūt q̄ sūt  
contenta atq̄ adducta vehemēti⁹.

sic vox sic ausus sic plaga hoc  
grauior. cū est missa contentus.  
Cui⁹ contenciois cū tanta vis sit  
si gemitus in dolore ad confirmā-  
dum animū valebit : utemur.  
Sui erit ille gemitus elemētabile  
si imbecillus. si abiectus. si flebil⁹ :  
ei qui se dederit. uir eum uirum  
dixerim. Qui quidē gemitus si  
lenationis aliquid afferret : tamē  
uidemus quid eēt fortis atq̄ aiosi  
uiri. Cū uero nichil iminuant  
doloris : cur frustra turpes esse  
uolunt. Quid est em̄ fletu nu-  
liebri uir turpius. .xj. .

**A** Tq̄ hoc p̄ceptū quod de  
dolore datur. patet lac⁹.  
Omib⁹ em̄ reb⁹ nō solū  
dolore simili contencioe animi re-  
sistendū est. Ita exardescit. libido  
conuicitat̄. in eandē artem confugi-  
endū est. eadem sūt arma sumē-  
da. Sed qm̄ de dolore loquimur.  
illa omittam⁹. Ad ferendū igit̄  
dolorem placide atq̄ sedate : pluri-  
mū proficit toto pectore ut dicit̄  
cogitare. qm̄ id honestū sit. Dum⁹  
em̄ natura ut an̄ dixi. dicendū  
est em̄ sepius studiosissimi appetē-  
tissimi q̄ honestatis. cui⁹ si quasi  
lumen aliqd̄ aspexim⁹. nichil est  
qd̄ ut eo ponamur. nō patiamur  
et ferre et p̄peti. Ex occurſu atq̄  
impetu animoz ad uerā laudem  
atq̄ honestatē tendente. illa peri-  
cula adēntur in p̄lijs. Nō sen-  
ciūt uiri fortes in acie uulnera :  
uel sentiūt sed morti malūt qm̄  
tū modo de gradu dignitatis.



dimoueri. Fulgentis gladios hos-  
tiū videbant deas: cū in aciem eorū  
irruerant. Hīs leuabat omnē  
metū uulnerū nobilitas mortis  
et gloria. Nū tamen ingemuisse  
epaminudā putas cū una cū san-  
guine vitā effluere sentiret? Im-  
pante eū priam lacedaemonis re-  
linquebat: quā acceperat seruē-  
tem. Hec sunt solacia. hec fōmē-  
ta sumorū dolorum. *.xy.*

**D**ices. Quid in pace.  
quid domi. quid in lectu-  
lo? Ad phōs me renouas:  
qui in aciem nō sepe p̄deunt. Et  
quibz homo sane leuis erudeōtes  
dyomis cum a zenone fortis eē  
didicisset. a dolore deductus est.  
Nam cū ex rembz laboraret:  
in ipō euulatu clamitabat falsa  
eē omnia que antea de dolore ipē  
sensisset. Quem cū cleantes  
condiscipul⁹ rogaret. quā ratio  
eum de sentētia deduxisset: rē-  
dit. Quia cū tantā opam phie  
dedissem. dolorem tamen ferre  
non possem: satis eēt arguētū  
malū eē dolorem. Plinos annos  
in phia consumpsi: nec ferre pos-  
sum. Malum est igitur dolor.  
Cum cleante annū pete tiam p̄-  
cussisset uersū ex epigoneis fe-  
runt dixisse. Audis ne hec am-  
phiora sub tiam abdite. zenone  
significabat. a quo illum dege-  
nerie tolebat. **C**at nō uir pos-  
sedom⁹ quem et ipē sepe vidi.  
et id dicam quod solebat narra-  
re pompeius. Se cū rhodū venisset

decedens e sira audire noluisse  
possidomū. Sed cum audisset eū  
gemitū eē egrum qd̄ uehementer  
eius artus laboraret: noluisse  
tū nobilissimū phōz uisere. Quē  
ut vidisset et salutauisset. honori-  
fias qz uerbis p̄secutus eēt. mo-  
lesteqz se dixisset ferre. quo eū  
non posset audire: at ille. Tu  
vero inquit potes: nec omitam  
ut dolae corpis efficiat. ut frus-  
tra tantus uir ad me uenerit.  
Itaqz narrauit eū copiose et gra-  
uiter de hoc ipō nichil eē bonū nī  
quod eēt honestū. cubante dispu-  
tauisse. Cumqz quasi faces ei do-  
lores admonerentur. sepe dixisse.  
Nichil agis dolor: quāuis sis mo-  
lestus. nūq̄m te eē cōfitebor malū.  
**C**Omno qz om̄s clari et nobili-  
tati labores cōtemptū fuit etiam  
tolerabiliōres. Videm⁹ ne ut a-  
pud magrōs eorū ludoz qui gū-  
mici uocātur. magn⁹ honos sit  
nullū ab hīs qui descendūt i id  
certamen deuitari dolere? Apd̄  
quos autē uenandi et equitadi  
laus uiget. qui hanc p̄cesserūt  
nullū fugiūt dolorem. Quid de  
nris ambitionbz. quid de cupidita-  
te honorū loquar? Que flam-  
ma est? P̄ quā non curauerūt  
hij qui hec om̄i punctis singulis  
colligebant. Itaqz semp affrica-  
nis socraticū zenophōtem i mā-  
bus habebat: cui⁹ id laudabat  
in p̄mis qd̄ dicēt costē labores  
nō eque graues eē impatori et  
militi qd̄ ipē honos laborem



leuiorem faciet impator. .xiii.

**S**ed tamen hoc euenit. ut in vulgus insipientium opinio valeat honestatis: cum ipsam videre non possint. Itaque fama et multitudinis iudicio mouetur: cum id honestum putent. quod a plerisque laudatur. Te autem si in oculis sis multitudinis. tamen eius iudicio stare nolim: ne quod illa putet id te putare pulcherrimum. Tuo tibi iudicio est utendum: si tibi recta probata placebis. Tu non modo tu te viceis. quod paulo ante precipiebam: sed omnia et omnia. Hoc igitur tibi propone. amplitudine animi. et quasi quendam exaggerationem quam altissimam animi: que maxime eminet contemptu et despicendis doloribus. Unam esse omnium rem pulcherrimam: eoque pulchriorem si uacet populo. neque plausum captis. seipsum tamen delectet. Quam etiam michi quidem laudabiliora uideantur omnia. que sine uindicta et sine populo teste sunt: non quo fugiendus sit. omnia enim bene facta in luce se collocari uolunt: sed tamen nullum theatrum uirtuti consuetudina maius est. Atqui in primis medicemur illud. ut hoc patientia dolorum quam sepe iam intentione animi dixi esse firmadam in omnium genere se equabile prebeat. Depe enim multi. qui aut propter uictorie cupiditate. aut propter glorie. aut etiam ut ius sum et libertatem tuerentur uel tenerent:

vulnera exceperunt fortiter et tulerunt. Idem omnia contentioe dolorem morbi ferre non possunt neque illum quem facile tulerant. sed studio potius et gloria. Itaque barbari quidam etiam imanes feruere decertare acerrime possunt. egrotare uariis non possunt. Circi autem homines non satis animosi sed prudentes ut est captus hominum satis hostem aspice non possunt. Eadem morbos tolerant atque humane ferunt. At cum libri et celabei in preliis exultant: iam etantur in morbo. Nichil enim potest esse equabile: quod non a certa ratione perficiatur. Sed cum uideas eos qui aut studio aut opinione ducantur. in eo persequendo atque adipiscendo. dolore non frangi: debeas existimare. aut non esse malum dolore. aut etiam si quidam asperum alienumque a natura sit. id placeat appellare malum: tamen tamen esse. ut a uirtute ita obruatur. ut ~~quisquam~~ nusquam appareat. Que meditare quies dies et noctes. Facius enim manabit hec iactio: et aliquanto maiorem locum quam de uno dolore occupabit. Nam si omnia fugiende turpitudinis. ~~fr~~ adipiscendeque honestatis causa faciemus. non modo stimulos doloris. sed etiam fulmina fortune contempnemus. licebit presertim cum paratum sit illud ex hesterna disputatioe profugium. Ut enim si quem nauigantem perones in se



quatur. deus q̄ quis dixerit ei  
ce te e nauu presto est. qui ex  
apiat. uel delphum ut arione  
metchimneū. uel equi pelopis.  
illi neptunij. qui p̄ vndas aur  
rus suspensos rapuisse dicūt.  
eripient te et qua uelis perfe  
rent. omne omittam̄ timore.  
sic urgentibz aspectis et odiosis  
dolens si tanta non sint ut fe  
rendi sint: quo sit confugiendū  
vides. hec fere hoc t̄p̄e putau  
eē dicenda. Sed tu fortasse in  
sentētia p̄manes. **D.** Ni  
mine uero: meq̄ biduo duarū  
rerū quas maxime timebā spe  
ro liberatū metu. **R.** Cras  
ergo ad deposediam. Sic enim  
diximus. Sed tibi hoc uideo nō  
posse deberi. **D.** Ita proisus.  
Et illud quidem ante meridiē.  
hoc eodem tempore. **R.** Sic  
faciemus. et tuis optimis stu  
dijs obsequemur.

**Explicit liber secundus.**

**Incipit tertius.**

**O** Vidnam eē brute  
cause putē. cur cū  
constemq̄ ex animo  
et corpore: corpore  
tuendi curandi q̄  
causa quesita sit et ars eius atq̄  
utilitas deorū imortalū inuēto  
consecrata. Animi autē medicina  
nec tam desiderata sit anteqm̄  
inuenta. nec tā alta postea q̄  
cogitata est. nec tam multis ḡ  
ta et pbata. pluribz etiā suspec  
ta et iniuria. An qd̄ corpore gra  
uitate ac dolore animo iudicam̄?  
animi morbu corpore nō sentim̄?  
Ita fit ut animus de se ipse cū i  
dicet. cū id ipm̄ de quo iudicat  
egrotet. Quod si tales nos na  
tura genuisset. ut eam ipam̄ in  
tueri et p̄spicere eademq̄ optima  
duce cursum vite cōficere possent.  
hanc erat sane qd̄ quisq̄m̄ rōne  
ac doctrina requireret. Nūc par  
uulos nobis dedit igniculos: q̄s  
celerit malis moribz questio q̄ de  
prauatos sic extinguim̄. ut  
uisq̄m̄ nature lumē appareat.  
Dunt eū ingemis uis semina  
mnata virtutū: que si adoleste  
licet. ipa nos ad beatā vitā na  
tura p̄ducet. Nūc autē simul  
atq̄ editi in lucem sum̄. et sus  
cepti: in om̄i cōtinuo p̄uinitate  
et in sumā opinionū p̄uinitate  
uersam. ut pene cū lacte nutri  
tis errore suxisse videamur. Cū  
vero parentibz redditi demū ma  
gistris traditi sum̄: tū ita va  
rijs imbuiim̄ erroribz. ut uariati



veritas et opinioni confirmata  
 natura ipsa cedat. **A**ccedunt etiam  
 etiam poete: qui cum magna spes  
 sapientie doctrineque per se tulerunt.  
 audiuntur. leguntur. ediscuntur. et  
 inherescunt penitus in mentibus.  
**C**um vero eodem accedit quasi  
 maximus quidam magister populi  
 atque omnis undique ad vicia consen-  
 sciens multitudo: cum plane infir-  
 cimus opinioni pravitate. a na-  
 turaque defessimus. ut nobis op-  
 timum naturam iudicasse videantur.  
 qui nichil melius homini. nichil ma-  
 gis expectandum. nichil prestantius  
 honoribus. impiorum populari gratia  
 iudicauerunt: ad quam fertur op-  
 timus quisque. veramque illam honest-  
 tatem expectans. quam vna natura  
 maxime inquitur. in summa veri-  
 tate versatur. consuetudineque nulla  
 eminentem effigiem virtutis. sed  
 adumbrata ymaginem glorie. **E**st  
 enim gloria solida quedam res et  
 expressa non adumbrata. **E**a est  
 consensu laus bonorum: incorrup-  
 ta vox bene iudicantis de excellen-  
 ti virtute. **E**a virtuti resonat:  
 tanquam ymago glorie. **Q**ue quia  
 recte fecerit plerumque comes est:  
 non est bonis viris repudianda.  
**M**ala autem que se imitacione eius  
 esse vult temeraria atque inconsi-  
 derata et plerumque peccatorum vicio-  
 rumque laudatrix fama popularis  
 simulacione honestatis formam eius  
 pulchritudinemque corrumpit. **Q**ua  
 cecitate homines cum quedam causa  
 preclara cupent. ea que nesciunt

nec ubi nec qualia sunt: fundit  
 alij evertunt suas civitates. alij  
 ipsi occiderunt. **A**ccipit hinc quidem opti-  
 ma petentes non tam voluntate quam  
 ausu errore falluntur. **Q**uid qui  
 pecunie cupiditate. que voluptatum  
 libidine feruntur. quorum ita prur-  
 bantur animi. ut non multum absint  
 ab insana. quod insipientibus conti-  
 git omnibus hijs nulla ne est adhi-  
 benda cautio. **V**erum quod minus no-  
 ceant animi egritudines quam corporis:  
 an quod corpora curari possint aior  
 medicina nulla sit. **A**t et mor-  
 bi ymaginatioes plures que sunt an-  
 quam corporis. **H**ij enim ipsi odiosi sunt  
 quod ad animum pertinet. cum que solli-  
 citant: animusque eger. ut ait  
 enim semper eriat. neque parum. neque  
 proci potest. cupere nunquam desinit.  
**Q**uibus duobus morbis egritudine  
 et cupiditate. ut omittam alios:  
 qui tandem perit in corpore esse gra-  
 viores. **Q**ui vero probari potest  
 ut sibi animus mederi non possit:  
 cum ipsam medicinam corporis animus  
 inueniat. cumque ad corporum sanati-  
 onem multum ipsa corpora et natura  
 valeat. nec omnes qui se curari  
 passi sunt continuo etiam conuales-  
 cant. **A**nimum autem qui sanari vo-  
 luerunt. preceptisque sapientium pa-  
 ruerunt. sine ulla dubitacione sa-  
 nentur. **E**st profecto animi medi-  
 cina. philosophia: cuius auxilium non ut  
 in corporis morbis petendum est  
 foris: omnibusque opibus viribusque  
 ut nosmetipsi mederi nobis pos-  
 simus. elaborandum est. **Q**uoniam de



Uniusa phia quito ope et expecte  
da eet. et colenda. satis dan est  
ut arbitror in hortensio. De maxi  
mis autē rebus nichil fere intum  
sim<sup>9</sup> postea nec disputare nec  
scribe. Hys autē libris exposita  
sunt ea que a nobis cū familiar  
ly mris in tusculano erāt disputa  
ta. **D.** Sed quā duobz superioribz de  
morte de dolore dan est: tertius  
dies disputatiois hoc tertium vo  
lumen efficiet. **U**t em in acha  
demia nram descendim<sup>9</sup>. indurato  
iam in postmeridianū temp<sup>9</sup> die:  
popositi eorū qui adierāt cām disse  
rendi. **Tū res acta sic ē. d. ca<sup>m</sup>. p<sup>m</sup>.**

**U** Idem michi cadere in  
sapiētē egritudo. **M.**  
Nun relique quoqz p  
turbatioēs animi forindnes. libi  
dnes. uacundie. **H**ec em fere st  
eiusmodi q̄ greci pathē appellant.  
**D.** Ego poterim morbos dicere.  
et id verbū eet e verbo: sed in cō  
suetudinē nram nō caderet. Nam  
inuidere. misereri. gestire. letari.  
h̄ omnia morbos greci appellant.  
motus aīm rōm nō obrepantes.  
**N**os autē hos eostem mot<sup>9</sup> con  
citati animi recte ut opinor ptur  
batioēs dixerim<sup>9</sup> morbos autē  
non satis usitate: nisi quid aliud  
tibi videtur. **M.** Nichi uō isto  
mō. hecme igitur cadere in sapi  
entē putas. **D.** Proxius existi  
mo. **M.** Ne ista gloriosa sapiā  
non magno estimanda est. **S**i  
quidē non multū differt ab insa  
nia. **D.** Quid. **T**ibi omis ne

animi cōmotio videt<sup>9</sup> insania. **M.**  
**N**on michi quidē soli. sed id quod  
soleo sepe ammirari maioribz nris  
quoqz hoc ita visū intelligo uultis  
annus aū soanrem. a quo hec oīs  
que est de vita et moribz phia ma  
nauit. **D.** Quo nam tantē mō.  
**M.** Quia nomē insanie signifi  
cat mentis egritudoem t morbū  
id est insanitātē et egritū aīmū  
quam appellabant insanā. **O**mīs  
autē pturbatioēs animi. morbos  
phi appellant: negantqz stultū  
hys morbis vacare quēqz. **Q**ui  
autē in morbo sunt. sani nō sunt.  
at oīm insipientiū animi t morbo  
sunt. **O**mīs igitur insipientes  
insaniūt. **S**anitatē animoz po  
sitam in tūquillitate quadā constā  
ciaqz censebant. hys rebz mētem  
vacuā appellarūt insanā: p̄tēa  
quod in pturbatioē animi. sicut t  
corpōē pturbato sanitas eē non  
possit. nec min<sup>9</sup> illud acute. qd̄ aī  
afficiōem hūmē mentis carentē  
nomauerūt clemenciā. **E**x quo  
intelligendū est eos qui h̄ rebz  
uonia posuerūt sensisse hoc idem  
quod a soanre acceptū diligenter  
stoici retinuerūt omīs insipientes  
eē non sanos. **Q**uis est anim<sup>9</sup> t  
aliquo morbo. **M**orbos autē hos  
pturbatos motus ut modo dixi  
phi appellant. **N**ō magis est  
sanius qm̄ id corp<sup>9</sup> quod in morbo  
est. **I**ta fit: ut sapiencia sit sa  
nitas animi: insipientia autē q̄  
insanitas quedā que est insania  
eademqz clemēcia. **M**ultoqz mel<sup>9</sup>



hec vocata sunt verba latins qm  
gras. Quod alijs quoq; multis  
locis reperitur. Sed id alias. nuc  
quod instat. **Capitulu scdm.**

**Q**uoniam igitur qd queri-  
m. quid et quale sit:  
verbi vis ipa declinat.  
Eos em sanos qm intelligi necesse  
est. quoz mens motu q morbo p-  
turbata nullo sit: qui cont affecti  
sunt. hos insanos appellari necesse  
est. Itaq; nichil meli qm quod e  
in consuetudine sermois latin cu  
exisse de pte dicim. eos qui effre-  
nati ferunt aut libidine aut iracu-  
dia. qm ipa uncondia libidinis  
est pars. sic em diffinitur uncu-  
dia ulascendi hvido. Qui igitur  
exisse de pte dicitur. ideo dicitur:  
quia no sunt in pte mentis. au-  
regnu cocus animi a natura tri-  
butu est. **G**reci autem manan  
unde appellant. no facile dixerim.  
Eam tu ipam nos melius distin-  
guim qm illi. hanc em insaniam  
que uncta stulticie patet latius  
a furore disuigim. **G**reci volut  
illud idem. sed parit valent verbo:  
que nos furorem. melancolia illi  
vocant. Quasi vero atra bili solu  
mens. ac non sepe vel iracundia g-  
more vel timore ul dolore moueat.  
**Q**uo gene athamante. alcimene.  
aiacem. orestem. fure dicim. **Q**  
ita sit affectus: cu dnu reru sua-  
ru ee uerant. xij. tabule. Itaq;  
non est scriptu. si insanus. sed si  
furiosus ee incipit. **S**tilticia em  
consuevit inconstanciam. id e san-

tate vacante. **P**osse tu tueri medio-  
citate officioz et vice comunem  
cultu atq; usitatu. furore aut ee.  
vati sunt. metis ad omnia cecitate.  
**Q**uod cu maus videatur ee. qm  
insana: tu eiusmoe est. ut furor  
in sapiente eade no possit. nec pos-  
sit insana. **S**ed hec alia questio  
est: nos ad ppositu reuam. **m.**

**Q**uod ad opinor in sapien-  
tem egritudine dixisti  
videri. **D.** Et uero ita  
existimo. **h.** Humanu id qui-  
dem qd ita existimas. **N**on em  
sillice nati sum. **S**ed est natura  
bile in animis teneru quidda atq;  
molle: qd egritudine q tempesta-  
te quaciat. **N**ec absurde auctor  
ille qui in ura achadenna uel in p-  
mis fuit nobilis mime inquit  
assencioz hys qui istam nefas qua  
indolencia magnope laudat: qui  
nec potest ulla esse nec debet ee  
egrotasse. **D**i inquit fuerint sensu  
assit. siue secetur quid siue auella-  
tur a corpoe. **N**am istud nichil  
dolere. non sine mercede contingit.  
imanitatis in aio. stuporis in cor-  
pore. **S**ed videamus nec hec ordi-  
sit hom assentanciu me imbe-  
allitati. et indulgentiu molli-  
din. **N**os autem audiam no solu  
ranos amputare miseriar: sed  
oms radicum fibras euelle. **T**u  
relinquit aliquid fortasse ita sut  
alte sarpes stulticie. sed relinqt  
id solum quod eiti natuui. **I**llud  
quide sic habeto. nisi sanatus sit  
antim. quod sine phia fieri non



potest. finem miseriarum nullū fore.  
Quinobrem quā cepimus tradam⁹  
nos ei curandos. Sanabim⁹: si uo-  
lemus. Et progrediar quidē loqu⁹.  
Non enim de egritudine solū. quinā  
id quidē primū. sed de omni animi  
ut ego proposui perturbatione morbo.  
ut greci uolūt explicabo. Et pri-  
mo si placet stoicorū more agam⁹.  
qui breuiter astringē solent ar-  
gumenta: deinde in uō instituto  
vagabimur. **iiii. capitulū.**

**Q**ui fortis est. idem est  
fidens: quā confidēs ma-  
la consuetudinē loquēdi.  
in uicio ponit ductū uerbum a cō-  
fidendo. quod laudis est. Qui  
autē fidens est: is pfecto nō ex-  
mescit. Discrepat autē a timēdo  
confidere. at in quem cadit egritu-  
do: in eundē timor. Quarū enim  
rerū pūcia sum⁹ in egritudine:  
easdem impendentes et uementes  
timem⁹. Ita fit: ut fortitudinē  
egritudo repugnet. Verisimile ē  
igitur in quem cadit egritudo: in  
eandē in eundē timorē et in fracti-  
onē quādam animi et demissioem.  
Que in quē cadunt. in eundē ca-  
dit ut seruiat. ut uictū se si quā  
eē fateatur. Que qui recipit:  
recipiat idem nātē est timiditātē  
et ignauitā. Non cadit autē h⁹  
in uirum forte. Igitur ne egrit-  
tudo quidem. at nemo sapiēs nisi  
fortis. Non cadit igitur in sapi-  
entē egritudo. p̄terea nātē est q̄  
fortis sit: eundē esse magnū animi.  
Qui magnū animi sit: inuictū.

Qui inuictus sit: eū res huma-  
nas despice. atq; infra se positas  
arbitrari. Despice autē nemo  
p̄t eas res: p̄pter quas egritudinē  
affici potest. Ex quo efficit: for-  
tem uirū nūquā egritudine affici.  
Om̄s autē sapientes fortes. Nō  
cadit igitur in sapientem egritudo.  
Et quemadmodū ocul⁹ contur-  
batus non est probe affectus ad  
suū mun⁹ fungendū et relique  
partes totū ue corpus statum ē  
motū deest officio suo et mu-  
neri: sic conturbatus anim⁹ non  
est aptus ad suū mun⁹ exequē-  
dū. Nunquā autē animi est rōne  
bene uti. Et sapientis anim⁹ ita  
semp affectus est. ut rōne optime  
utatur. Nunquā igitur est pau-  
ratus. At egritudo perturbationē ē  
animi. Semp igitur ea sapiens  
uacabit. **v. capm.**

**U**ri etiā simile illud ē  
tempans: quem greci.  
sophrona appellant. eam q; uirtutē  
sophronisen uocant. Quā soleo  
equidē cum tempantia. tū modēra-  
tioem appellare. nō nūquā etiam  
modestiam. Sed haud scio. an itē  
frugalitas eadē uirtus appellari  
possit. Quod angustinus apud  
grecos ualet: qui frugi homines.  
xpiciuoc. appellant. id est tū-  
modo uales. At illud est lacus.  
Om̄s enim abstinentia. om̄s ino-  
cencia. q̄ apud grecos uisitatum  
nomē nullū habet. sed hīc potest.  
abaabnc. Nam ē innocētia af-  
fectio talis animi: que nisi tāta



est. et si hijs angustijs quibz plibz putant tenentur. nunquam est piosoms cognomen tantope laudatū. Sed quia nec qui ppter metum presidū reliquit quod ē ignaue nec qui ppter auariciā clam depositū non reddidit. quod est iniusticie. nec qui ppter temeritatem male rem gessit. quod est stulticie: frugi appellari solet: eo tres virtutes. fortitudinē. iusticiā. prudentiā. frugalitas complem est. Et si hoc quidem cōmune est virtutū. Omnes em̄ inter se uere et iugate sunt. *.vi. cap. m.*

**R**eliqua igitur et q̄rta virtus sit: ut sit ip̄a frugalitas. Cuius em̄ videtur p̄m̄. motus animi appetentis regere. & sedare: semp̄q; ad usantē libidini moderatam in ore seruare constantiam. Cuius contrariū uiciū nequicia dicit̄. frugalitas ut opinor a fruge: q̄ nichil melius in terra. Nequicia ab eo et si hoc erit fortasse durus. sed temerius iussisse putemur. si n̄ sit ab eo qd̄ nec quidq̄m est ī tali homine ex quo idem nichil dicit̄. qui sit frugi. Igitur uel si maius moderatus et temperans. eū necesse est eē constantē. Qui autē constantis. quietū. Qui quietus. in p̄turbatiōe omni vacuū. Ergo etiam egritudine. Et s̄ illa sapientis. Abest ḡ a sapiente egritudo.

**I**taq; non insate. *.vii.* eracleōtes dyomisi ad ea disputat que apud

homerū achilles querit̄ hoc opinor modo. Corq; in eū p̄mitus turgescit tristibz iris: cū decore atq; om̄i me orbatū laude recor dor. Num manus affecta rē recte tenet cū in timore est. aut nū aliquod quippiam mēbrū tumidū ac turgidū non uiciose se h̄t? Sic igit̄ inflatus animus et tumens in uicio est. Sapientie at̄ animus semp̄ uicio vacat. Nūq; turgescit: nūq; timet. At uat̄ animus eiusmodi est. Nūq; igit̄ sapiens insatur. Nam si insat̄: etiā concupiscit. Prū est em̄ irati cupere ei a quo lesus uideatur. qm̄ maximū dolorem murere. Quis autē id concupiscit: eū necesse est. si id consecutus sit magnopere letari. Ex quo fit. ut alieno malo gaudeat. Quod qm̄ non cadit in sapientem: ne ut insat̄ quidē cadit. Dum autē cadit in sapientem egritudo: cadet etiā inuidia. Qua quomā uacat: etiā egritudine uacat. *.viii.*

**E**tenim si sapiens ī egritudine cadere possit: possit etiā in inuidia. Non dixi inuidiam: que tū est cū inuidet̄. Ab inuidet̄o autē recte inuidencia dicit̄ potest: ut effugiamus ambiguiū nomē inuidie. Quod uerū ductū est a nimis intiendo fortunam alteri: ut est in menalippo. Quis nā florem liberū inuidit meū? Hale latine uidetur. Sed p̄clare acm̄. Ut em̄ uide. sic



inuide florē rectius q̄ florī. Nos  
consuetudine phibemur. poeta ius  
sui tenuit: et dixit audacius.  
Cedit igitur in eundē et miser  
et inuidere. Nam qui dolet ali-  
cui adūsis. alicui etia secūdis  
dolet: ut theophrast⁹ inuitū de-  
plorans calisthēnis sodalis sui re-  
bz alexandri prosperis angit. Ita  
q̄ dicit calisthēne incidisse in hoīes  
sūma audacia. sūmaq̄ fortuna: si  
ignariū. quēadmodū rebus secūdis  
uti conueniret. Atqui quēadmodū  
miseria egritudo est ex alteri rebz  
secūdis. In quē igitur cedit mi-  
seri: in eundē etiam inuidere. Nō  
cadit autē inuide in sapiente. q̄  
ne miseri quidē. Quid si h̄ resie  
sapientis soleret: miseri etia solēt.  
Abest q̄ a sapiente egritudo. **x.**

**H** Et sic dicitur a storiis  
concluduntur q̄ cōtor sūis.  
Sed laus aliquāto dicen-  
da sunt et diffusis. Sentētijs tū-  
tendū eoz potissimū. q̄ maxime  
forti ut ita dicam virili vūtur  
iōne atq̄ prudentia uel sentētia.  
Nam pipateria familiae nri  
quibz nichil est uberius. nichil  
eruditius. nichil grauius. medio-  
citates uel pturbatiōes morboz  
anīm nichil nō sane probant.  
Omne enī malū etiam mediocre:  
magnum est. Nos autē id agim⁹:  
ut in sapiente nullū sit omnino.  
Nam ut corpus etia si mediocri-  
ter egrū est sanū non est: sic ī  
animo ista mediocritas caret sa-  
nitate. Itaq̄ p̄clare nri ut alia

multa molestia sollicitudine an-  
gorem p̄t similitudine corporū  
egroz egritudine noiauerūt. h̄  
p̄t modū verbo ḡtū omne ptur-  
batiōem animi appellant. Vocat  
H. Na ooc. id est morbū. quicūq̄  
est motus in animo turbid⁹. Nos  
melius. Egris enī corporibz simi-  
lima est animi egritudo: at non  
similis egritudo est libido non  
imoderata leticie: que est volup-  
tas animi elata et gestiēns. Ipse  
etiam met⁹ non est morbi ad mo-  
dum similis: quāq̄ egritudini est  
similior. Sed p̄t egritudo ī cor-  
pore: sic egritudo in aīo nomen h̄t  
non seruatum a dolore. Dolore q̄  
hui⁹ origo nobis explicanda est.  
Item cū efficiens egritudinē in  
animo. nā ut medici causa morbi  
inuenta: curatiōem eē inuētam  
putant. Sic nos causa egritudis  
reparata: medendi facultate replem⁹.

**E**st igitur causa oīs **x.**  
in opinione: nec vero  
egritudinis solū. sed etia  
reliquarū om̄ pturbatiōnū. Que  
sunt genē quatuor: p̄t bz plures.  
Nam cū om̄ pturbatio sit aī  
motus. uel iōnis expers. uel iōnē  
aspnans. ul' iōni non obediens.  
is q̄ motus aut boni aut mali  
opinionē citet: bifariam quatu-  
or pturbatiōes equalit' distribu-  
te. nam due sunt ex opinione  
boni. Quar' altā voluptas gesti-  
ens. id est p̄t modū elata leticia  
opinionē p̄tis alicui⁹ magni a-  
licui⁹ boni. altā cupiditas. que

Pactos.



recte ul' libido dici potest: que e  
 imoderata appetitio opinati mag  
 ni boni rom non obtempans. Q  
 uel cupiditas ul' libido recte dici  
 potest. hec ergo duo genera vo  
 luptas gestiens et libido bonoru  
 opinione turbatur. ut duo reliq  
 metus et egritudo maloz. Nam  
 et metus opinio magni mali im  
 pedentis. et egritudo est opinio  
 magni mali pntis. Et quidem  
 recens opinio talis mali ut in eo  
 rectu videatur ee анги. Id autē  
 est ut is qui doleat. oportē opine  
 tur se dolere. Hys autē perturbati  
 ombz quas in vita homi stulticia  
 qī quasdam furias imittit atqz  
 incitat. ombz viribz atqz opibz  
 repugnadiū est: si uolumz hoc  
 quod datū est vite tranquille pla  
 cideqz traducere. **Capituli. xi.**

**S**ed cetera alias. Nam  
 egritudinē si possumz  
 depellamz. Id em sic  
 ppositū: quādo quidem eam tu vi  
 deri tibi in sapientē cadere dixisti.  
 quod ego nullo modo existimo.  
 tetra em res est misera detesta  
 bilis: omī contentioē velis ut  
 ita dicam remis qz fugienda. Q  
 lis em tibi ille videtur. tantalo  
 pgenerat' pelope nanis. qui qn  
 dam a socero oemas rege ippoda  
 mīa raptis nactus iuprijs. iouis  
 quidē iste nepos. Tam ne ergo  
 abiectus tamqz fructus nolite in  
 quit hospites ad me adire illico  
 istie: ne contagio mea bonis vni  
 braue obfit. **Tanta vis sceleris**

in corpore heret. Tute thiesta dāp  
 nabis. orbabis qz luce ppter vni  
 sceleris alieni. Quid illū filium  
 alienū solis nomine patris luce in  
 dignū putas. Refugē oculi: cor  
 pus in acie extabuit. lacrimę pe  
 dere humore exsanguis gene sit  
 situ utous barba pedore horrida  
 atqz inronsa. infusta pectus illu  
 ue scabui. **H**ec mala o stultis  
 sine oeta ipē tibi addidisti. Nec  
 merant in hys que tibi casus in  
 ueveāt et quidē inuereāto malo  
 cum timor animi resdidisset. Est  
 autē egritudo ut docebo in opin  
 one mali recētis. Sed meris vidē  
 regni desiderio nō filie. Illā em  
 oteras: et iure fortasse regno  
 nō equo animo carebas. Est aut  
 impudens luctus: merē se confi  
 cētis: qd impare non liceat libe  
 ris. Dromfius quidē tyrannus.  
 furcissis exclusus epulsus: chozni  
 thi pueris docebat. vsqz eo carere  
 impio nō poterat. Tarqmo vco  
 quid impudēti. qui bellū gereret.  
 cum hys qui eius nō tulerāt sup  
 biam. Is tū restitui in regnū  
 nec veientū. nec latior' armis  
 potuisset: cūmas contulisse se  
 dicit. in ea qz vrbe semo et egrit  
 tudine est confectus. Hoc tu igit  
 censes sapienti acide posse. ut eg  
 tudine opprimat. id est miseria.  
 Nam cū omīs perturbatio miseria  
 est: tūc carnisfina est egritudo.  
 Habet ardorem libido. leuitatem  
 leticia gestiens huilitatē metus.  
 Sed egritudo maiora quedam



tabe auctantū afflictioem fedu-  
tatem lacert. Excedit animū  
planeq; conficit. Hanc n̄ erum?  
sic ut abiciam? : miseria carere  
nō possum? . atq; hoc quidem per-  
spiciū est tū egritudine existē.  
cum quid ita visum sit ut mag-  
nū quoddā malū adesse et urge  
videatur. Epicuro autē placet  
opinionē mali egritudine esse  
natura : ut quicūq; intuetur ī  
aliquod malū malū. si id sibi ac-  
cidisse opinetur. sit continuo in  
egritudine. Curenari non omī  
malo egritudine effici censent :  
sed insperato nec opinato malo.  
Videntur em̄ omnia repentina  
graviora. Et hoc et illa uire lau-  
dantur. **E**go cū genui tū moi-  
tuus scui. et ei rei sustuli. Pre-  
terea ad tyriam cū nisi ob defendē-  
dam greciā : sciebam me in mor-  
tiferum bellū nō in epulas mitte.

**H** Et recordatio futuri. **xij.**  
vōrū maloz lenit eorū  
aduentū : que uementi  
alonge ante uideris. Itaq; apud  
euripidem a theseo dicta laudat.  
Licet em̄ ut sepe facim? in lati-  
nū illa conuicere. **Q**uam qui  
h̄ audita a docto memissem vno  
futuras meā cōmentabar unsei-  
as. aut mortem acerbam. aut  
exily mestam fugā. aut semp  
aliquā molem mali medicabar :  
ut si qua inuicta diuitas casu fo-  
ret. me me imparatū cura lace-  
raret repēs. **Q**uod aut theseus  
a docto se audisse dixit : id de se

ipē loquitur euripides. Fuit enim  
auditor anaxagorē : que ferūt uū-  
ciata morte filij dixisse. Sciebam  
me gemisse mortalem. Que vox  
reclamat hys eē hec acerbā quibz  
nō fuerint cogitata. Ergo id quidē  
non dubiū. quū omnia que mala pu-  
tantur. sint īprouisa grauiora. Ita  
q; quinq; non hec una res efficit  
maximā egritudine : tū qm̄ nullū  
potest pūssio animi et pūatio  
ad minuendū dolorem : sint semp  
oīa hōi humana meditata. **xij.**

**E** T mirū hec est illa  
pūstans et diuina sapiā :  
et pūptas et pūntatū  
pūntas res huānas hē : nichil a-  
mirari cū acciderit. nichil anteqm̄  
euenit. nō euenire posse arbitri.  
Quōbrem omīs cum res secunde  
sunt. maxime meditari seā opor-  
tet. quo pacto adūsam erūpnam  
ferat pūala dampna. Regre re-  
dicens semp seā cogitet. aut filij  
pūm. aut vxoris mortē. aut mor-  
bum filie cōmūna eē hec : ne qd  
horū unqūm accidat aīno nouū.  
Quidq; pūter spem ueniat. omē  
id deputare eē in lucro. Ergo hoc  
tercū a pūia sumptū cum tam  
cōmode dixerit : nos e quoz fonti-  
bz id haustum est nō dicim? . hoc  
melius et constanti? sentiem?  
Hic est em̄ ille uultus semp idem.  
quem di? zancippa pūdicat solita ī  
vno suo fuisse socrate : eodē semp  
se uidisse. exeuūt illū domo et re-  
ūtentem. Nec uero erat eadem  
fons : q. q. crassi illi? uetis. que



semel aut in omni vita risisse luali?  
 sed tranquilla et ~~serena~~ serena.  
 Sic enim accepimus. Jure autem erit  
 semper idem vultus: cum mentis a qua  
 is fingitur nulla fieri mutatio.  
 Quare accipio equidem a ceteris  
 hic arma contra casus et even-  
 tus quibus eorum advenientes impet-  
 diturna meditatioe frangatur.  
 Simulque iudico malum illud opin-  
 omne esse non naturae. Si enim in re  
 eent: cur fieret praevisa leviora.

**S**ed est istem de ~~re~~ ~~rebus~~ ~~rebus~~ quod dici posset sub-  
 tilius: si prius epicuri  
 sententiam viderimus. Qui censet  
 necesse esse omnes in egritudine esse.  
 qui se in malis esse arbitrentur: siue  
 illa ante visa et expectata sint.  
 siue inveniuntur. Nam neque ve-  
 rustate minus mala: nec fieri pre-  
 meditare leviora. Stultamque etiam  
 esse meditationem futuri mali: aut  
 fortasse nec futuri quidem. Hanc esse  
 odiosum malum omne cum venisset.  
 Qui autem semper cogitavisset acci-  
 dere posse aliquid aduersi: ei fieri  
 illud sempiternum malum. Si vero ne  
 futurum quidem sit: frustra suscipi  
 misericordiam voluntariam. Ita semper  
 angri: aut accipiendo. aut cogitan-  
 do mala. **R**evocationem autem egrit-  
 tudinis in duabus rebus ponit. a vo-  
 catione cogitanda molestia: et re-  
 uocatione ad contemplandas volup-  
 tates. Pareat enim censet animum  
 rem posse: et quo ille ducat sequi.  
 Verat igitur ratio intueri molesti-  
 as. abstrahit ab acerbis cogitatio-

ibus. hebeunt aciem ad miseras  
 contemplandas: a quibus cum cecidit  
 receptum impellit rursus et iacet.  
 ad inspiciendas tota que mente co-  
 tractas uarias voluptates. Qu-  
 bus ille et praeterea memoria et  
 spe consequentium vitam sapientis  
 refertam putat. ~~vb. n. u. u.~~

**H**ic modo more uos diximus.  
 Epicurei dicunt suo. Sed  
 que dicunt viderimus quomodo  
 uegligamus. Principio male rep-  
 hendunt praemeditationem rerum fu-  
 turarum. Nichil est enim quod tam  
 abundat eleuetque egritudine: quam  
 perpetua in omni vita cogitatio. Nichil  
 esse quod accidere non possit: quod con-  
 ditionis humane meditatio. quod vite  
 lex commentatioque parandi. Que  
 non hoc affert. ut semper meam?  
 sed ut nunquam. Neque enim qui rerum  
 naturam. qui vite varietatem. qui in-  
 becillitatem generis humani cogitat.  
 meret cum hoc cogitat: sed tamen uel  
 maxime sapientie fugit munus.  
 Vtrumque enim consequitur: ut hoc co-  
 siderandis rebus humanis proprio phie  
 fruatur officio: et aduersis casibus  
 triplici consolatione sanetur. Primum  
 quod posse accidere diu cogitauerit:  
 que cogitatio vna maxime moles-  
 tias omnes extenuat et diluit. De-  
 inde quod humane ferenda intelligit.  
 Postremo: quod videt malum nullum esse  
 nisi culpam. Culpam autem nullam  
 esse: cum id quod ab homine non poterit  
 praestari euenerit. Nam reuocatio  
 illa quam affert cum a contuendis  
 nos malis auocat: nulla est. Non



est enim in uia potestate. fodicant  
tib; hys rebus quas malas esse opi  
nemur. Dissimulatio ul' obliuio  
lacerant uerant stimulos admo  
uent. ignes adhibent. respirare  
non sinit. Et tu obliuisci iubet.  
quod contra naturam est: quod a na  
tura datum est auxilium extorquedi.  
inuetari doloris. Est enim tarda  
illa quidem medicina. sed tamen mag  
na: quam affert longinquitas et dies.  
Iubet me bona cogitare: obliuisci  
malorum. Dices aliquid et mag  
no quidem phisico dignum: si ea bona  
sentires. que essent homine dignis  
sima. pithagoras sic diceret in  
aut socrates aut plato: quid iacet  
aut quid meret. aut cur succubis  
cedis quod fortune que puella te  
forsitan potuerit. et pungeret te  
non potuerit. Certe uires fran  
ge magna vis est. In uirtutibus  
eas excita: si forte dormiunt. Ita  
tibi adent princeps fortitudo: que  
te animo tanto esse coget. ut omnia  
que pnt homini euenire. contempnas et  
pro nichilo putes. Adert tempe  
rancia: que est eadem moderatio. a  
me quidem paulo ante appellata  
frugalitas: que te turpiter et ne  
quiter nichil facere patiatur. Quid  
est. autem nequus. aut turpis ef  
feminato uir? Ne iusticia quidem  
tū inflāmat. conturbat. iātat.  
Itaq; et egritudines et metus &  
reliques perturbatiōes om̄s gigni-  
tur ex ea: quēadmodū cum san-  
guis corruptus est. aut pituita  
redundat aut bilis in corpore mor-  
bi egritudinesq; nascuntur: sic p-  
uarū opinionū conturbatio. et  
iparū int̄ se repugnancia. san-  
tate spoliat animū. morbisq; cō-  
turbat. Ex perturbatiōib; autē  
p̄mū morbi conficiuntur. que vo-  
cant illi nosmata: eaq; q̄ sunt  
eis morbis contraria. q̄ habent ad  
res certas viasam om̄s hōez atq;  
fastidiū. Demde egritudines:  
que appellant̄ a stoicis appoc-  
tata. hysq; item opposite  
contrarie offensiones. **x. cap.**

**H** De loco nimū opere  
consumit̄ a stoicis max-  
ime a arisippo: dū mor-  
bis corporū comparatur animi simi-  
litudō. Quā orōne p̄termissa  
nime nctaria: ea que rem con-  
tinent p̄tinetem. Intellegat̄  
igitur perturbatiōem iactantib; se  
opinionib; mōstant̄ et turbide  
in motu eē semp. Cum autē h̄  
foruor concitatioq; animi inueta-  
uerit. et tanqm̄ in venis medul-  
lisq; insederit: tū existit & mor-  
bus et egritudo. et offensiōes  
hec que sunt eis morbis egrō-  
tationib; q; contrarie. Hec que  
dico cogitatiōe inter se differunt.  
re quidē copulata sunt. eaq; ori-

untur ex libidine et ex lenicia.  
Nam cū est concupita pecūia  
nec adhibita cōtinuo rō quasi q̄-  
dam soanica mediana q̄ sana-  
ret eam cupiditate p̄manet in  
venas et inhet̄ in viscerib; illud  
malū existit. qui morbus egrō-  
tatioq; auelli inuereata nō p̄nt:  
eiq; morbo nomen est auaricia.  
Similit̄ q; ceti morbi ut glie cu-  
piditas ut mulierositas. ut ita  
appellem eā que grece φιαοτλαγα.  
dicit̄: ceti q; similit̄ morbi egrō-  
tatiōesq; nascuntur. **Que autē  
sunt hys contraria: ea nasci p̄nt  
a metu: ut odiū mulierū. quale  
in nussogino atli ē in hys ut  
hominū vniūsi genus qd̄ acce-  
pim̄ de timone: qui insane  
heportura. appellatur: ut  
inhospitalitas est. Que om̄s  
egritudines animi ex quodā me-  
tu nascuntur earū rem̄ q̄s fugi-  
unt et oderunt. **Definiūt  
autē animi egritudinem. opinio-  
nē vehementem de re nō expete-  
da. tanqm̄ valde expetenda sit  
et inherētem et penitus insita.  
qd̄ autem nascitur ex offensi-  
one ita diffiniūt. opinione ve-  
hementē de re nō fugienda. in-  
herētem et penitus insita tanq;  
fugienda. hec autē opinatio ē  
iudicare se scire qd̄ nesciat. **E-  
gritatio autē quedam subiecta  
sunt. auaricia. ambitio. mulie-  
rositas. pernicacia. ligurricio.  
violencia. cupidia: et si qua  
similia. **Est autē auaricia********



opinio vehemens de pecunia q̄si  
 valde expectanda sit: inherens &  
 penitus insita. Similis q̄ est  
 eiusdem generis diffinitio reliq̄rū.  
**O**ffensionū autē diffinitioes  
 huiusmodi: ut hospitalitas sit  
 opinio vehemens valde fugien-  
 dū esse hospitē: ea q̄ inherens  
 ut penitus insita. Similit̄ q̄  
 diffinitur et mulieris odiū. ut  
 ipoliti: et ut timoris generis hu-  
 manū. **A**tq̄ ut ad validitatis  
 similitudinē veniam⁹. ea q̄ colla-  
 tione utamur aliquā. sed parcius  
 qm̄ solent sciri: sunt alij ad  
 alios morbos p̄cliviores. Itaq̄  
 dixim⁹ grandinosos quosdam  
 torminosos nō quia iam sint. alij  
 ad metum. alij ad aliam p̄tura-  
 tiōem. Ex quo in alijs anxietas  
 unde anxij. in alijs iracundia d̄r:  
 que ab ira differt. Est q̄ aliud  
 iracundiū eē. aliud iratū: ut dif-  
 fert anxietas ab angore. Neq̄  
 em̄ om̄s anxij qui anguntur aliquā.  
 nec qui anxij semp̄ angūt. ut  
 inter ebrietatē et ebriositatem  
 int̄est. aliud q̄ est amatorē esse  
 aliud amātem. atq̄ h̄ aliorū ad  
 alios morbos late p̄clivitas pat̄.  
**N**am p̄tinet ad om̄s p̄tura-  
 tiones. In multis em̄ vicijs appar̄:  
 sed nomen res nō habet. Ergo  
 dicitur invidi et maliuoli et  
 luudi et tumidi et misericordes:  
 quia p̄clivies ad eas p̄tura-  
 tiones. nō quia semp̄ ferūtur.  
**H**ec igitur p̄clivitas ad suū  
 qd̄q̄ generis a similitudinē corp̄is

egrotatio d̄r: dum ea intelligat̄  
 ad egrotandū p̄clivitas. Sed h̄  
 in bonis rebz qd̄ alij ad alia bona  
 sunt aptiores. facultas noietur.  
 in alijs p̄clivitas ut significet  
 lapsiōem in neutris h̄at sup̄ius  
 nomen. Quomō autē in corp̄e  
 morbus est egrotatio et viciū:  
 sic in animo appellant totus cor-  
 pis corruptiōem. egrotatiōem:  
 morbū cum nubecillitate. viciū:  
 cum p̄tes corp̄is int̄ se diffidēt.  
**E**x quo p̄clivitas m̄b̄oz distor-  
 sio. deformitas. Itaq̄ duo illa mor-  
 bus et egrotatio ex totius valitu-  
 dinis corp̄is conquassatiōe & p̄-  
 turbatione gignūtur. viciū autē  
 integra validitūme ipm̄ ex se cer-  
 nitur. h̄ in animo. t̄m̄ mō cogita-  
 tiōe possim⁹ morbū ab egrota-  
 tiōe seuigere. Viciōsitas autē ē  
 habitus et affectio in tota vita  
 inconstans: et a se ip̄a diffenci-  
 ens. Ita fit: ut in altera corrup-  
 tiōe opinioni morb⁹ efficiat̄ et  
 egrotatio. in altera inconstātia et  
 repugnācia. **N**on em̄ om̄e vi-  
 cium partis habet difficientis:  
 ut eoz qui non longe a sapiā  
 absunt. affectio est illa distor-  
 sio sibi ip̄a: dum est insipiens. sed  
 non distorta nec p̄clivitas. Morbi  
 autem et egrotationes p̄tes sūt  
 viciōsitas. **.xi. capitulum.**

**S**ed p̄turbatiōes sunt  
 ne eiusdem p̄tes: q̄stio  
 est. Vicia em̄ affectiōes  
 sunt manētes. p̄turbatiōes vero  
 mouētes: ut non possint affecti.



omni manentium pres ee. Atq; ut  
 in malis attingit animi naturā  
 corporis similitudo: sic in bonis. Hinc  
 em in corpore. pulcritudo. vires. va-  
 lido. firmitas. velocitas. Hinc itē  
 in animo. sicut em corporis tempa-  
 tio est. cū ea congruūt inter se e-  
 quibz constam: sic animi sani-  
 tas dicitur. cū eius iudicia opini-  
 ones q; concordant. Ea q; animi  
 est virtus. quam alij temperantiā  
 dicunt ee ipam. alij obtemperantē  
 temperantiē pceptis etiā subsequē-  
 tem. nec hntem ullam spem suā.  
 Sed siue hoc siue illud fit: i solo  
 ee sapiente. Est autē quedā cū  
 sanitas. q; in insipientē etiam ca-  
 dat: cū auratione et pauatiōe  
 medicorū p̄turbatio mentis afferē.  
 Et ut corporis est quedam apta  
 figura membrorū cū coloris qua-  
 dam suauitate. ea q; dicit pulcri-  
 tudo: sic in animo iudiciorū opini-  
 onūq; equalitas et constācia  
 cum firmitate quadā et stabili-  
 tate virtutē subsequens. aut vir-  
 tutis vim ipam continens. pulchri-  
 tudo vocatur. Itaq; et viribz cor-  
 poris et neruis. et efficacitati si-  
 milis. similibzq; verbis animi vi-  
 res nominatur. **V**elocitas autē  
 corporis celeritas nominatur. Que  
 eadem ingenij etiā laus habetur:  
 ppter animi multarū rerū breui  
 tempore p̄ursionem. **xij.**

**I**llud animorū corporūq;  
 dissimile: qd animi va-  
 lentes morbo temptari  
 nō possunt. corpora possunt. Sed

corporū offensioēs siue culpa acci-  
 dere pnt: animorū nō. Item quū  
 omīs morbi et p̄turbatiōēs ex  
 asp̄natiōe eueniūt. ita in homibz  
 solum existūt. Nam bestie sile  
 quiddā faciūt: sed in p̄turbatiōēs  
 non madūt. Inter acutos autē  
 et inter hebetes interest: qd ingē-  
 osi ut es chorinthū in eruginem:  
 sic illi in morbū et madūt tardū  
 et recreatur oī. Hebetes autē  
 non itē. Nec vero in omnē mor-  
 buum ac p̄turbatiōem animū in-  
 gemosi cadit. Non em multa  
 efferata et imania quedā autē  
 huānitatis quoq; hnt spem pri-  
 mā: ut insedia et metus et eg-  
 tido. Egritatiōēs autē morbi q;  
 animorū. difficilq; euelli posse pu-  
 tātur: qm̄ sūma illa vicia. q; vir-  
 tutibz sunt contrā. Morbis em  
 manētibz. vicia sublata ee nō pos-  
 sunt: quia nō tam celerit sanā-  
 tur. qm̄ illa collūtur. **xij.**

**H**abes ea que de p̄turba-  
 tiōibz enucleate dispu-  
 tant stoici. que logica  
 appellant. quia disputatur sub-  
 tilius. Ex quibz. tanqm̄ ex scru-  
 pulosis coribz enauigant oratiō:  
 relique disputatiōis causū tene-  
 amus. **N**odo satis illa dilucide  
 dixerim pro rerū obscuritate. **D**  
**P**rosus satis. Sed si que dilige-  
 tius erūt cognoscenda: quereim  
 alias. Nunc vela que modo dice-  
 bas. expectam. et ausum. **A**.  
**Q**uā et alijs locis de virtute et  
 dixim. et sepe dicendū erit.



plurimeque enim quoniam que ad vi-  
tam moresque pertinent. a virtutis  
fonte ducuntur: quoniam igitur virtus  
est affectio animi constans conueniens  
que laudabiles efficiens eos in  
quibus est et ipsa pro se sua sponte  
separata etiam utilitate laudabilis: ex  
ea proficiuntur honestate volunta-  
tes sententiae actiones. omnisque ratio  
ratio. Quoniam ipsa virtus brevis  
summa recta ratio dici potest. huius  
igitur virtutis contraria est vicio-  
sitas. Sic enim malo quam maliciam  
appellare. quam graeci κακίαν. ap-  
pellant. Nam malicia certi au-  
dam vicia nomen est: viciositas  
omnis. Ex qua cogitatur perturbati-  
ones: que sunt ut paulo ante diximus  
turbiditatem animorum concitatioque motus  
aversi a ratione et inimicissimi me-  
tus viteque tranquillitas. Importat  
enim egritudines anxias atque acer-  
bas: animosque affligunt atque debi-  
litant metu. et eadem appetitio  
inflamant nimia. quam cum cupi-  
ditate cum libidine dicimus: im-  
potentiam quadam animi a temperan-  
tia et moderatioe plurimum diffici-  
tem. Que si quam ea deperiretur.  
id quod ei fuerit concupitum tum  
affert alacritate. ut nichil esse  
constet quid agat: ut ille qui  
voluptate animi nimiam summum  
erroris esse arbitratum. Eorum igitur  
malorum in una virtute posita sa-  
natio. Quid autem est. non mi-  
serius solum. verum etiam fedius et  
deformius. quam egritudine quis afflic-  
tus et debilitatus iacens. Cui

miserie proximum eis is qui app-  
propinquas aliquid malum metuit. em-  
minatque pendet animi. Quam  
viam mali significantes poetae impen-  
dere apud inferos. saxum tauralo fa-  
ciunt ob scelera animaque impotentiam  
et superbiaque loquentiam. Ea contra  
pena stulticie est. Omnibus enim  
quorum mens abhorret a ratione. semper  
aliquis timore impendet. atque ut huius  
tabificae mentis perturbatioes sunt  
egritudine dico et metu: sic hilaris  
ores ille; cupiditas aude semper  
aliquid expetere. et inanis alacri-  
tas. id est leticia gestiens non me-  
tum differunt ab amencia. Ex quo  
intelligitur qualis ille sit quem cum  
moderatum alias modestum temperan-  
tem. alias constantem continentem  
que dicimus. Non nunquam haec eadem  
vocabula ad frugalitatis nomen  
tanquam ad caput referre volumus.  
Quod si eo nomine virtutes continere-  
tur: nunquam ita divulgatum esset.  
ut iam pueribus locum obtineret.  
Hominis frugis omnia recte facere.  
Quod item stoici cum de sapiente  
dicunt: nimis admirabile. nimis  
que magnifice dicitur videtur. **xiii.**  
**E**rgo hic quisque est qui  
moderatioe et constantia  
quietus animo est sibi que  
ipse placatus. ut nec tabescat mo-  
lestus. nec frangatur timore. non  
scent quid expetens ardeat desi-  
derio. nec alacritate futili gesti-  
ens deliquescat: is est sapiens  
quem quoniam. is est beatus cui  
nichil humanarum rerum aut ino-



lembile ad demittendū animū .  
aut nimis letabile ad efferendū  
videri potest . Quid em̄ ei vide-  
atur magnū in rebz humanis . aut  
eternitas . om̄s qz totius mūdi  
nota sit magnitudo . Nā quid  
aut in studijs huānis . aut in tā  
exigua breuitate vite magnū  
videri sapienti potest . qui semp  
animo sic exultat . ut ei nichil ī-  
pūsum accidē possit . nichil ī-  
opmatū . nichil omnino nouū . At  
qz idem ita acē in om̄s ptes acē  
intendit . ut semp videat sedem  
sibi ad oīū sine molestia atqz  
angore viuendi . ut quēcūqz ca-  
sum fortuna inuereit . hunc ap-  
te et quiete ferat . Qd̄ qui fa-  
ciat . non egritudine solū vacab̄ .  
sed etiam reliquis p̄turbatioibz  
om̄bz . Hys autē vacuus animū .  
p̄fecte atqz absolute beatos effici-  
et . idemqz concitatus et abstrac-  
tus ab integra certa qz ratione .  
non constāciam solū amittit .  
verū etiam sanitatem . . xviii

**Q**uarta mollis et enez-  
uata putanda ē p̄ipa-  
reticorū rācio et om̄cio .  
quibz turbari aīos necē dicunt  
esse . Sed adhibent modū quē-  
dam : quē ultra p̄gredi nō opor-  
teat . **M**odū tu adhibes vicio .  
An viciū nullū est non parere  
iōm̄ . An rācio parū precipit .  
nec bonū illud est . quod aut  
cupias ardent . aut adeptus ef-  
feris te insolent . Nec porro  
malū . quo aut opp̄ssus iaceas .

aut ne opp̄mare mente iux con-  
stes . ea qz om̄ia aut nimis leta .  
aut nimis tristia errore fieri . Qd̄  
si error stultus extenuet die ut  
cum res eadem maneat . alie fe-  
ret inueterata . alie recencia : sapi-  
entis animū ne attingat quide .  
Etenim quis erit tandem modus  
iste . Queramus em̄ modū egrī-  
tudinis . In quo ope plurimū poi-  
tur tulisse egrē . P. Luciliū . fr̄  
repulsa consulatus . Scriptū a-  
pud fammū est . Sed tamen trā-  
fisse videtur modū quippe qui  
ob eam cām a vita recesserit . No-  
denarius igitur fieri ferri debuit .  
Quid si cum id ferret ī modice .  
mors liberorū accessisset . nata  
ēet egritudo noua . sed ea modi-  
ca magna tamen fr̄a ēet acces-  
sione . Quid si deinde dolores  
graves corpis . si bonorū amissio .  
si cecitas . si exiliū . si pro singu-  
lis malis egritudines acciderēt .  
sūma ea fieret que nō sustinet .  
Qui modū igitur vicio querit .  
similit̄ facit . ut si posse putet  
cum q̄ se e rupe p̄cipitauerit sus-  
tinē se cū velit . Ut em̄ id non  
potest . sic animū p̄turbatus et  
inacat̄ nec cohibē se potest . n̄  
quo loco uult consistē . Omnino  
queqz crescencia p̄nitiosa sunt .  
eadē sunt viciosa nascēcia . Egrī-  
tudo autē ceteriqz p̄turbationes  
amplificate certe pestifere sūt .  
Igitur etiā suscepte cōtinuo in  
magna pestis pte vsant̄ . Etenim  
se ip̄e impellūt . ubi semel a rōe



discessit est. Ipa qz sibi imbecal-  
 litas indulget: in aliu qz puehit  
 iprudens: nec reperit locum co-  
 sistendi. Quobrem nichil int  
 est. veru moderatas pturbatioes  
 approbent: an moderata muisti-  
 ciam. moderata ignavia: moder-  
 inta intempantia. Qui em vi-  
 cis modu imponit: is parte sus-  
 cipit vicior. Qd cum ipm p se  
 ociosum est: tu eo molestus qd  
 sunt in lubrico. Incurata qz semel  
 in procliu labuntur. sustineri nul-  
 lo modo possunt. *xvii. n*

**Q**uid qd ipem ppareti:  
 a pturbatioes istas qd  
 nos extirpandas puta-  
 mus. non modo naturales ee di-  
 cunt: sed eaa nclit a natura  
 datus. Quoz est talis oratio.  
**P**rimu multis verbis iracun-  
 diam laudant. et cotem fortitu-  
 dnis ee dicunt: multoqz et in  
 hostem et in improbu auem vehe-  
 mentioes iratoru impetus esse. le-  
 ues ee incunulas eoz qui ita  
 cogitaret. Puelu rectu est h  
 fieri conuenit. dimicare p legibz.  
 pro patria libertate. pro patria.  
 Nec nullam hnc vnu: nisi uia  
 fortitudo extanduit. Nec uero  
 de bellatoribz solu disputant. Im-  
 pia seueiora nulla esse putant  
 sine aliqua acerbitate iracundie.  
 Oratore teniqz no modo accusa-  
 tem. sed ne defendente quide pro-  
 bant sine stimulis iracundie. Q  
 etia si no asse: tamen verbis  
 atqz motu simulanda arbitrat.

ut auditoris iram oratoris incen-  
 dat orō. *Quidamqz.* Vnu teni-  
 qz videri negant. qui uasri nesci-  
 er: eamqz qua leuitate nos dia-  
 m. viciofo magnitudinis nomine  
 appellant. **N**ec uero solum  
 hanc libidinem laudat. est em  
 ira ut modo diffinui ulciscendi  
 libido: sed ipm illud genus uel li-  
 bidinis uel cupiditatis ad sumā  
 utilitate ee dicunt a natura danti.  
**N**ichil em queqz nisi qd iubeat  
 pclare face posse. **N**octu am-  
 bulabat in publico themistocles:  
 qd sompnu cape no posset. Que-  
 rentibz respondit anitaidis tro-  
 phois se e sompno suscitai. **C**ui  
 non sunt audite demostens vi-  
 gilie: qui dolere se aiebat. Si qn  
 opificai ante lucana victus eet  
 industria: Philosophie teniqz  
 ipius pnceps. nuqm in suis stu-  
 diis tantos pgressus sine flagra-  
 ti cupiditate face potuisset. vlti-  
 mas terras lustrasse pithagoru.  
 democritu. platonem. accepim.  
**V**bi em quidqm eet. quod disti-  
 posset. eo venendū iudicauerit.  
**I**psam egritudine qua nos ur-  
 tentam et imane beluam fugien-  
 dam dixim no sine magna uti-  
 litate a natura dicit instituta:  
 ut omis castigationibz. rephensio-  
 nibz. ignominijs. affia se in delicto  
 dolerent. Impunitas em patoru  
 data videt eis qui ignominia fe-  
 runt sine dolore. **M**orderi me-  
 lius est consciencia. **E**x quo est  
 illud e uita ductu a sumo. **N**a

*No putam h fieri  
 sumo cupiditatis ar-  
 dore potuisse.*



cum dissolutus filius. heu me miserum: tu seuerus pater dum modo doleat. aliquid doleat quod libet. **R**eliquas quoque partes egritudinis vales esse dicant. anisidiam ad operam ferendam. et calamitates hominum indignorum subleuandas. Ipse illud emulari obiectat. non esse iuuale: cum aut se non idem videat consecutum quod alium. aut alium idem quod se. **Q**uod si qui sustulisset: omnem vitem diligentiam sublatam fore. **Q**ue summa esset in eis: qui leges. qui magistratus. qui paupertatem. qui ignominiam. qui mortem. qui dolorem timeant. Hec tamen ita disputant: ut ressecunda esse fateantur: euelli penitus dicunt non posse. nec opus esse. **E**t in omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existimant: quam cum exponunt. nichil ne tibi videatur. an aliquid dicere. **D.**

Idem vero dicit. xvij.

al' referens.

**M**itaque expecto quid ad ista respicias. **A.** fortasse: sed illud ante. Vides ne quanta fuerit apud achademicos verecundia? Plane enim dicunt quod ad rem pertineat. preparatorias videtur a stoicis. Digladietur illi per me licet: cui nichil nocere est. nisi ubi sit illud quod verisimilimum videtur inquirere. Quid est igitur quod occurrat in hac questione de qua possit attingi aliquid verisimile. quo longius mens humana progredi non potest. **D.** Diffinitio perturbationis. qua recte zenonem vsurpant. Ita enim diffinit: ut perturbatio sit causa a ratione. contra naturam. animi commotio. Vel breuius: ut perturbatio sit appetitus. Vehementior autem intelligatur huius qui procul absint a nature constantia. **Q**uid ad has diffinitiones possim dicere. atque huius pluraque sunt acute prudenterque disputantium: illa quidem ex iustorum pompa ardores animorum coctosque virtutum. an vero vir fortis nisi stomachum cepit non potest fortis esse? **G**ladiariorum id quidem: quoniam in eis ipsis videmus sepe constantiam colloquuntur. cogreduntur. quoniam. aliquid postulant: ut magis placati quam irati esse videantur. **S**ed in illo genere sit sane aliquis pacidiam hoc animo: ut narrat lucilius. **Q**uidam equidem illum et vincam: si id queritis inquit. Verum illud credo fore in os prius accipiam ipse quam gladium in stomacho. furia a pulmonebus sisto. **O**di hominem. namus pugno. nec longius quidquam nobis quam dextere gladium dum accionodet alter. usque adeo studio atque odio illius effertur ira. ac sine hac gladiatoria iracundia videmus progredierem apud homerum aiacem. **Q**uanta dixi cum hilaritate aiacem cum depugnaturus esset cum hectori. **C**uius ut arma sumpsit ingresso. leticiam attulit sociis. tironem autem hostibus: ut ipsum hectorem quemadmodum est apud homerum toto pectore tremetem provocasse ad pugnam periret. Atque huius collocuti me se

ut perturbatio sit causa a ratione. contra naturam. animi commotio. Vel breuius: ut perturbatio sit appetitus. Vehementior autem intelligatur huius qui procul absint a nature constantia. **Q**uid ad has diffinitiones possim dicere. atque huius pluraque sunt acute prudenterque disputantium: illa quidem ex iustorum pompa ardores animorum coctosque virtutum. an vero vir fortis nisi stomachum cepit non potest fortis esse? **G**ladiariorum id quidem: quoniam in eis ipsis videmus sepe constantiam colloquuntur. cogreduntur. quoniam. aliquid postulant: ut magis placati quam irati esse videantur. **S**ed in illo genere sit sane aliquis pacidiam hoc animo: ut narrat lucilius. **Q**uidam equidem illum et vincam: si id queritis inquit. Verum illud credo fore in os prius accipiam ipse quam gladium in stomacho. furia a pulmonebus sisto. **O**di hominem. namus pugno. nec longius quidquam nobis quam dextere gladium dum accionodet alter. usque adeo studio atque odio illius effertur ira. ac sine hac gladiatoria iracundia videmus progredierem apud homerum aiacem. **Q**uanta dixi cum hilaritate aiacem cum depugnaturus esset cum hectori. **C**uius ut arma sumpsit ingresso. leticiam attulit sociis. tironem autem hostibus: ut ipsum hectorem quemadmodum est apud homerum toto pectore tremetem provocasse ad pugnam periret. Atque huius collocuti me se



pus qm manu confereret leuit  
 et quiete: nichil ne in ipa quide  
 pugna iracundie rabiose ve fece  
 ruat. Ego ne torquatu quidem  
 illum qui hoc cognomen inuenit.  
 iratu existimo gallo torque de  
 traxisse. Nec marcellu apud  
 clastidiu ideo fortem fuisse. quia  
 fuerit iratus. De affricano quide  
 quia notior est nobis ppt recentē  
 memoria uel iurare possu: nō illi  
 iracundia inflāmati fuisse. cū in  
 acie. **A**. alhemu peliguū scuto  
 pterent. gladiūqz hosti in pect  
 infixit. De **L**. bruto fortasse du  
 bitarim: an ppter infmitū odū  
 tyrami efficiatū in armte in  
 uaserit. Video em̄ varūqz cōmuni  
 ictu cecidisse cōtrio. Quid igit  
 huc adhibens iram? An fortitu  
 do ubi infamie cepit: impet<sup>9</sup> suos  
 non habet? Quid hercule que  
 in celū ista ipa quā vos iracundiā  
 cē uultis sustulit fortitudo. In  
 tum ne censes conflixisse cū eri  
 manthio ap<sup>9</sup> ex aur leone nemeo?  
 An etiam thesūs marathoni  
 tauri cornua cōprehendit irat?  
 Vides ne fortitudo nūme sit rabi  
 osa: sit qz iracundia tota lenitatis.  
 Neqz em̄ est ulla fortitudo: que  
 iōnis est exps. Contēpnende res  
 humane sūt. negligenda mors ē:  
 patibiles et labores et dolores pu  
 tandi. Nec cum constituta sunt  
 iudicio atqz ~~constantia~~ sentētia:  
 tū est robusta illa et stabilis for  
 titudo. Nisi forte que vehemēter.  
 acriter. animose fuit: iracūde fieri

suspiciamus. Michi ne scipio qdē  
 ille pontifex maxim<sup>9</sup>. qui hoc stoi  
 corū verū esse declarauit. in qm  
 pnatū cē sapientē. iratus fuisse  
 videtur tiberio graccho: cum cū  
 consulē languētem reliquit. atqz  
 ipē pnatū ut si consul cēt q rem  
 publicā saluā esse uellet: se sequi  
 iussit. Nescio et quid ipi uos in  
**R. P.** fortit fecerim<sup>9</sup>. si quid fe  
 cerim<sup>9</sup>. certe irati nō fecim<sup>9</sup>. An ē  
 quidqz simili<sup>9</sup> infame qm ira.  
 Qm bene enim<sup>9</sup> mcaū dixit in  
 fame. Color. vox. oculi. spūs impo  
 tentia dēorum ac fēorū quā pte  
 hnt sanitatis? Quid achille ho  
 merico feduis. quid agamenone  
 in iurgio. nā aiacem quidem ira  
 ad furore mortēqz pduxit. Nō  
 igitur desiderat fortitudo aduoca  
 tam iracundiā. Satis ē instructa.  
 armata. parata. p se. Nā isto  
 modo licet quidem dicē utlem vi  
 uolentiā ad fortitudinē cē utle  
 tementiā: qd et infam et ebri  
 multa faciunt sepe vehemēcius.  
 Semp aiax fortis. fortissim<sup>9</sup> tū  
 in furore. Nam facinus fecit ma  
 ximū. cū clauis inclinatibz. sū  
 mā rem pferit. man<sup>9</sup> prelium  
 restituit infamens. Dicam<sup>9</sup>  
 igitur utlem infamiam. **xviii.**

**T**actata diffinitioe for  
 titudinis: intelliges cā  
 stomacho non egere.  
 fortitudo est igitur affectio ai.  
 legi sume in ppetiendis rebz ob  
 tempans. vel conseruatio stabilis  
 iudicij. in eis rebz que formidolose



videntur subeundis et repellendis.  
vel sciencia rerum formidolosarum con-  
trariarumque aut omnino negligenda-  
rum: conseruans eorum rerum iudiciu.  
Vel breuius ut crisippus. Nam su-  
piores homines diffinitiones erant  
sphaeri hominis in primis bene diffi-  
nientis: ut putant stoici. Sunt  
enim omnino omnes ferre similes. Sed  
declarant communis notiones. alia  
magis alia. Quomodo igitur crisip-  
pus? Foratudo est inquit scia-  
reum preferendarum: uel affectus an-  
imae faciendo ac preferendo. summe le-  
gi parens. sine timore. **Q**uis  
insecutemur istos ut carneades so-  
lebat: metuo ne soli phi sit. Que  
enim diffinitionum istarum non aperit  
notionem mentem quam habemus omnes  
tactam atque inuolutam de foratitu-  
dine? Quia apta: quis est qui  
aut bellatori aut impari aut  
oratori querat aliquid. nec eos  
existimet sine iracie quidquam for-  
te face posse? Quid stoici qui  
omnes insipientes dicunt insanos  
esse. Nomen ista colligunt. Re-  
moue perturbaciones. maximeque ira-  
ciam: iam videbuntur monstra  
dicere. Nunc autem ita differunt.  
sic se dicere omnes stultos insanire:  
ut male oleum omne tenui. Ac  
non semper. Commoue: senectus.  
Sic iracundia non semper iratus  
est. lacesse: iam videbis furere.  
Quid ista bellatrix iracundia.  
cum domum redijt qualis est cum  
uocare cum liberis. cum familia?  
An tamen quoque est uilis? Est igitur

aliquid quod perturbata mens melius  
facere possit quam constans. An  
quisquam potest sine perturbacione  
mentis irasci? Bene igitur uir  
cum omnia essent in morbis uicia. quod  
nullum erat iracundia fedius: irac-  
undos solos morbosos noiauerit.  
**Q**uatore uero irasci. minime  
debet: simulare non debet. An tamen  
irasci cum uideamur: cum quid in cau-  
sis acruis ac uehementius dicimus?  
Quid cum iam rebus transactis et  
partis scribimus orationes. nisi irati  
scribimus? Et quis hoc unquam  
admitat auum? Aut egisse unquam  
iratum esopum. aut scripsisse ex-  
istimas iratum accium? Agitur  
ista proclare. et ab oratore quod  
melius. si modo est orator quod ab  
ullo hystorone. Sed agunt et le-  
guntur leuiter. et mente tranquilla.

**I**bidem uero **vix.**  
laudare autem est libidinis.  
Themistoclen michi et  
demostenen profertis: additis pi-  
thagoram democritum platonem.  
Quid uos ad studia libidinem  
uocatis. quod uel optimarum rerum  
ut ea sunt que profertis. sedata  
tamen et tranquilla esse debent.  
**J**am egritudine laudare unam  
rem maxime detestabile quorum  
est tandem phor. **A**comode  
dixit afranius. Dum modo doleat  
aliquid doleat quodlibet. Dixit  
enim de adolescente perditio ac disso-  
luto. Nos autem de constanti ac  
sapiente uiro querimus. Et quidem  
illam iram iram centurio heat



ut signifer. vel ceti de quibz di-  
ci non necerit est. ne rethorum  
apiamq mistia. Vtile em est  
vri motu animi: qui vti rone  
non potest. Nos aute ut testi-  
ficor sepe de sapiente querim?

**C**At etiam emulai utle est ob-  
trectare miseri. Cur misere  
potius qm opem feras. si id fa-  
cere possis? An sine misedia li-  
berales ee no possim? Non  
em ipi suscipe egritudines ppt  
alios debem? sed alios si possu-  
mus leuare egritudine. **O**b-  
trectae vo alteri haud illa viciosa  
emulatioe. que riuilitati filis e  
emulari. quid habet utilitatis:  
cum sit emulantis. angri alio  
bono quod etiam alius habeat?  
Quis id approbare possit egrit-  
tudine suscipe pro experientia.  
si quid hie uelis? Nam solum  
hie uelle. suma demencia est.  
Mediocritates aute maloru qe  
laudare recte possit? Quis em  
possit in quo libido cupiditas ue-  
sit. non libidinosus et cupid?  
ee? In quo ira: no iracund?  
In quo angor: no anxius? In  
quo timor: non timidus? Libi-  
dinosu igitur et anxiu et ira-  
cundu. et timidum. consenuis  
ee sapientem. **xxi. capitulu.**

**D**e au excellencia ml-  
ta quidem dici quauis  
fuisse lateqz possunt:  
sed breuissime illo modo. Sapien-  
ciam ee reru diuinaz et hua-  
naru cognicioem scienciamqz.

que cuiqz rei causa sit. Ex quo  
efficitur: ut diuina imitet hu-  
mana oia inferiora uirtute du-  
cat. In hanc tu igitur tanqm  
in mare. qd est uentis subiectu  
pturbatoem cadere. dixisti tibi  
videri. Quid est qd tanta graui-  
tatem costancia qz perturbet?  
An impropisum aliquid aut rep-  
tinu? quid potest accidere tali.  
et cui nichil qd homi euenire  
possit? Nam qd aut nimia  
refectari oportet. naturalia reli-  
qui: quid tandem potest ee natu-  
rale. quod idem nimiu possit ee?  
Sunt em omnia ista ex erroru  
orta radiabz: que euellenda et  
extrahenda peme. no arcuade:  
da nec amputanda st. Sed qm  
suspicoz te non tam de sapiente  
qm de corpo quere. illu em pu-  
tas oim pturbatioe ee liberum.  
te us: uicam qmca sint. que  
a phia remedia morbis animoz  
adhibeantur. **xxi. n.**

**E**st em quedam medica-  
na certe. nec tam fuit  
hominu generi infensa.  
atqz inimica natura: ut corpi-  
bz tot res salutare animis  
nullas inuenit. De quibz  
hoc etiam e merita melius: qd  
corporu adiuueta adhibetur  
extrinsecus. aiorum salus iclu-  
sa in hys ipis est. Sed q maior  
est in eis prestancia et diuin-  
oz: eo maiore diligencia indigz.  
Itaqz bene adhibita ratio. cermit  
quid optimu sit: neglecta mlis



multiplicat erroribus. Ad te igitur  
michi comitenda omnis oratio est.  
Simulas enim quere te de sapie-  
te: queris autem fortasse de te. **xxxij.**

**E**rit igitur perturbatio:  
nū quas exposui varie  
sunt curatioes. Nam  
neque omnis egritudo vna ratioe  
sedatur. Alia enim lugenti. alia mi-  
seranti aut inuidenti est. adhibe-  
da curatio. Est etiam in omnibus  
quatuor perturbacionibus illa distric-  
tio: vtrum ad vniuersam perturbacionem  
que est aspersione rationis. aut appe-  
titus vehementior. an ad singulas  
ut ad metum et libidinem et reli-  
quas melius adhibeatur oratio:  
et vtrum illud nec ne videatur  
egre ferendum ex quo suscepta sit  
egritudo: an omnium rerum toleranda  
omnino egritudo. ut si quis egre fe-  
rat se pauperem esse id ne disputes  
paupertate malum non esse. an homines  
egre ferre nihil oportere. Ni-  
mirum hoc nichil: ne si forte non per-  
suaseris de paupertate sic egritudi-  
ni concedendum. Egritudine autem  
sublata propriis rationibus quibus heri-  
si vbi sumus: quodammodo etiam pau-  
peritatis malum tollitur. Sed omnis  
eiusmodi perturbatio animi placati-  
one abluatur. Illa quidem cum  
doceas et bonum illud esse ex quo le-  
ticia aut libido oritur: nec ma-  
lum ex quo aut metus aut egritudo.  
Verumptamen hec est etiam  
et propria sanatio: si doceas ipsas  
perturbaciones per se esse viciosas. nec  
habere quequam aut naturalem. aut

naturam. ut ipsam egritudinem le-  
niri videmus cum obiciamus meritis  
imbecillitate animi effrenati:  
cumque eorum grauitate constanciaque  
laudamus. qui non turbulente hu-  
mana paciatur. Quod quidem solet  
eis etiam accidere. qui illa mala cen-  
sent ferenda cum equo animo ar-  
bitratur. putat aliquis esse volup-  
tatem bonum: alius autem pecuniam.  
Tamen et ille qui ab intemperantia:  
et hic ab auaricia vocari potest.  
Illa autem altera ratio et oratio. que  
simul et falsam opinionem tollit.  
et egritudinem detrahit: est ea  
quidem vtilior. et ratio proficit.  
neque est ad vulgus adhibenda.  
Quedam autem sunt egritudines.  
quas leuare illa medicina nullo  
modo possit: ut si quis egre fe-  
rat nichil in se esse virtutis. nichil  
animi. nichil officij. nichil honestatis:  
propter mala is quidem angatur.  
sed alia quedam sit ad eum admo-  
uenda curatio. et talis quidem que  
possit esse omnium etiam de ceteris rebus  
discrepantium philosophorum. Iure omnes  
enim conuenire oportet commotiones  
animorum. a recta ratione auersas esse  
viciosas: ut etiam si nec mala  
sint illa que metum egritudinem  
ve nec bona que cupiditate letitiam  
ue moueat tamen viciosa sit ipsa com-  
motio. Constitem enim quedam  
volumus. sedatum. graue. humana  
omnia prementem. illum esse. quem  
magnanimum et forte virum dixi-  
mus. Talis autem nec merens. non  
timens. nec cupiens. nec gestiens



89  
eē quisq̄m potest. **C**orū em̄ hec  
sunt: qui euentus humanos su-  
piores q̄m suos animos esse di-  
cunt. Quare om̄ phorū ut  
ante dixi. vna ratio est medendi:  
ut nichil quale sit illud qd̄ con-  
turbet animū: sed de ip̄a sit p̄-  
turbatioe dicendū. Itaq̄ primū  
in ip̄a cupiditate cū id solū agit.  
ut ea tollatur. nō est querēdum  
bonū illud. nec ne sit quod libidi-  
nem moueat: sed libido ip̄a tol-  
lenda est. ut siue qd̄ honestū ē  
id sūmū bonū. siue voluptas siue  
horū varumq̄ cōiunctū siue illa  
tria genera bonorū tamen etiā si  
virtutis ip̄ius uehementior appeti-  
tus sit eadem om̄ibz ad deterrēdū  
adhibenda oratio. Conuenit aut̄  
om̄ne sedatioem animi hūana in  
conspectu posita natura: q̄ quo  
finalius expressa cernat̄. explicā-  
da est orōne cōmūnis conditio  
lexq̄ vite. Itaq̄ nō sine causa  
cum orestē fabulam dicēt euri-  
pides p̄ rostris: reuocasse dicitur  
socrates. Neq̄ tam terribilis ulla  
fanda oratio est: nec fors. nec  
na celiū inuentū malū quod  
nō natura humana paciēto fe-  
rat. Est autē utilis ad p̄suadē-  
dum ea que acciderint fieri pos-  
se et oportere. enuatio eorū que  
tulerūt. Et si egritudinis seda-  
tio et hestina disputatioe expli-  
cata est: et in consolatioe libro  
quē in medio. nō em̄ sapientes  
erant̄ merē et dolore cōscripsi-  
m̄: qd̄q̄ vetat arisippus ad re-

centes quasi tumores animi re-  
mediū adhibere. id nos fecim̄.  
nature q̄ vim attulim̄. ut mag-  
nitudinē medicine doloris mag-  
nitude concederet. **.xxviii.**

**S**ed egritudinis de qua  
satis disputatū est. fi-  
nitima est metus: de  
quo pauca dicenda sunt. Est  
em̄ metus ut egritudinis p̄ncip̄.  
sic ille futuri mali. Itaq̄ non  
nulli egritudinis partē quādā  
metū eē dicebant. Alij autem  
metū p̄molestia appellabāt: qd̄  
est quasi dux cōsequētis moles-  
tie. Quibz igitur rōnibz instan-  
tia ferūtur: eistem cōtempnūt  
sequēcia. Nam videndū est in  
vtriusq̄. ne quid humile. submis-  
sū. molle. effemiatū. fractum.  
abiectūq̄ faciam̄. Sed q̄m̄q̄m  
de ip̄ius metus inconstācia. im-  
becillitate. leuitate dicendū ē:  
tamen multū p̄dest. ea que me-  
tuūtur ip̄a contēpne. Itaq̄ siue  
casu accidit. siue consilio: p̄com-  
mode fctm̄ est. qd̄ eis de rebz q̄  
maxime metuūt. de morte et  
de dolore p̄mo et proximo die dis-  
putatū est. Que si p̄bata sunt:  
metu magna ex pte liberati su-  
mus. **Ac de malorū opinione**

**U** hactenus. **.xxviii.**  
Idem nūc de bonorū.  
id est cupiditate et leu-  
cia. Nichil quidē in tota rōne ea  
que p̄tinent ad animi p̄turbati-  
onē vna res videtur causa con-  
tinere. Om̄s eas eē in nostra



ptate : om̄s iudicio susceptas. oēs  
voluntarias. **N**ec igitur error  
est eripiendus. hec tetraheda  
opinio : atq; ut in malis opina-  
tis tolerabilia. sic in bonis sedati-  
ora sunt efficienda. ea q; magna  
et letabilia dicunt. Atq; h' quide  
cōmune maloz et bonoz : ut  
sit iam difficile nichil earū rez  
que pturbent animū. aut in ma-  
lis. aut in bonis ee habendū. tū  
alia ad aliū motum curatio sit  
adhibenda. **A**lia q; rōne malivolū  
alia amator. alia rursus anxius.  
alia timidus corrigendū. atq; e-  
rat facile sequētem eam rōnem  
que maxime pbatur de bonis &  
malis. negare vniqm̄ leticia posse  
affici insipientem. q̄ nichil unq̄  
h're boni. **S**ed more nūc cōmuni  
loquimur. Sūt sane ista bona q̄  
putantur honores. diuicie. volup-  
tates. et cetā : tū in eis ipis po-  
titudis. exultans gestiens q; leti-  
cia turpis est. ut si videre conces-  
sum sit : vituperetur tū cachinatio.  
**I**n eodem vicio est h' fusio animi  
in leticia : quo in dolore contentio.  
**E**ademq; leuitate cupiditas est  
in appetendo : qua leticia in fru-  
endo. **E**t ut nimis afflictis mo-  
lestia : sic animi elati leticia. in-  
re iudicatur leues. **E**t cū inui-  
dere egritudinis sit. malis autē  
alienis uoluptatē cape leticie :  
vtrūq; inuicem et fertate  
quadam pponēda castigari solet.  
**A**tq; ut confide decet. timē non  
decet : sic gaudē decet. letici nō

decet. **Q**uā docendi causa a gau-  
dio leticiā distinguim⁹. **I**llud iā  
supra dixim⁹ contractioem animi  
recte fieri nūqm̄ posse. **A**lter  
em̄ venians ille gaudet hector.  
letus sū laudari me abs te pr̄  
a laudato uiro : alit̄ ille apud  
tribeam. leua delinca argento.  
**N**utū obseruabis meū quid ve-  
lum. quid studeam. **A**duemes di-  
gito impellā ianuā. fores pate-  
bunt de impulsio : arsis ubi me  
asperecit : alacris obinā michi  
venit. cōplexum exoptas meū.  
**M**ichi sedet qm̄ h' pulchra putet.  
ipe iam dicet. fortunā ipam an-  
ibo fortunis meis. **H**ec leti-  
cia qm̄ turpis sit satis est dili-  
gentē penitus videre : et ut tur-  
pes sunt qui efferūt se leticia.  
tū cum fruuntur ueneris vo-  
luptatibz. sic flagitiosi. qui eas  
inflammato animo cōcupiscunt.  
**T**otus vero iste qui vulgo ap-  
pellatur amor. nec haile inuenio  
quo alio nom̄e appellari possit.  
tante leuitatis est : ut nichil vi-  
deam qd̄ putem conferēdum.  
**Q**uē cecilius dicit deum q̄ nō  
putet sūmū aut stultū aut  
rezū imperitū existimet. cui⁹  
in manu sit quem ee temētem  
velit. quē sapere. quē insamire.  
quē in morbuū inci. quē contra  
amari. quē expeti. quē accer-  
siri. **O**pclamū emundatrice  
vite. **q**ue poetica que amorem  
flagitij et leuitatis auctore in  
concliuū deoz collocandū putet.



De comedia loquor. Quid si  
 hec flagitia nos pbarem? nulla  
 eet omnino. Quid autē ex tge-  
 dia ille princeps argonautarū.  
 Tu me amoris magis q̄ honois  
 seruasti grā. Quid ergo hic a-  
 mor medee. q̄nta miserarū exi-  
 tauit incendia. **A**tq; eam tū  
 apud aliū poetā patri dicē au-  
 det: se cōiugem habuisse illum  
 amor quē dederat. qui plus pol-  
 let. potiorq; est patre. **xxxv.**

**S**ed poetas ludē s̄nam?  
 quoz fabulis in hoc fla-  
 gicio versari ipm videm?  
 iouem: Ad magrōs virtutis phi-  
 losophos veniam? qui amore  
 negant stupri ee. et in eo liti-  
 gant cū epicuro nō multū ut  
 mea fert opinio menciēte. Quis  
 est em̄ amor amicitie? Cur  
 neq; deformem adolestere quisq;  
 amat. neq; formosū senem.  
 Michi quidē h̄ in grecorū gymnā-  
 sijs nata consuetudo videt: in  
 quibz isti liberi et concessi sūt  
 amores. Bene ergo ait em̄.  
 flagitij p̄cipū ee nudare nri  
 cuius corpa. Q̄ ut sint qd̄ fieri  
 posse video pudici. solliciti tū et  
 anxij sunt: eoq; magis qd̄ se ip̄e  
 continet et cohercent. Atq; ut  
 muliebris amores omittā. q̄bz  
 maiore licēciam natura cōcessit:  
 quis aut de gannēdis iuptu  
 dubitat quid poete velint. at  
 nō intelligit quid apud euripi-  
 dem et loquatur: & cupiat laus.  
 Quid demq; honnes doctissimi

et sūm poete de ip̄is etiā carmī-  
 bus edant et cantibz? foris vir  
 in sūma. **R. P.** cognitus de iu-  
 uenū amore scribit alceus. Nā  
 anacronontis quidē tota poesis est  
 amatoria. Maxime vero om̄  
 flagrasse amore reginū ibicū  
 apparet ex scriptis. Atq; horū  
 om̄ libidinosos ee amores vide-  
 m̄. Phi sum̄ exorti et auctoe  
 quidē nō platone quē non in-  
 iuria dicearchus accusat quo  
 amori auctoritatē tribuere m̄.  
**S**toici vero et sapientē amati-  
 rū dicunt: et amorē ipm cog-  
 natū amicitie faciendē ex pul-  
 chritudinis spē diffmūt. Qui  
 si quis est in rerū natura. sine  
 sollicitudinē. sine desiderio. sine cu-  
 ra. sine suspitōe sit sane. vacat  
 em̄ om̄ libidine. hec autē est de  
 libidine oiv. Sin autē est aliq̄s  
 amor ut est certe qui nichil ab-  
 sit aut nō multū ab insania. q̄-  
 lis in leucadia est. Siquidem sit  
 quisq; deus cui ego sūm cure: at  
 id erat de hys om̄bz curandum.  
 queadmodū hic fruetur volup-  
 tate amatoria. heu me infelicem.  
**N**ichil verius. Probe et ille san-  
 ne est qui remere lamentai si-  
 cut infanus videtur etiā suis.  
 at quas tragedias effecit **E**t  
 apollo sancte fer opem teq; onps  
 neptune inuoco. **C**undū totū  
 se cōmissurū ad amorē suū suble-  
 uandū putat: venerē excludit  
 ut iniquā. Nam quid ego appel-  
 lem te veni. ~~Quasi vero ip̄e nō~~



Eam pro libidine negat curare  
quidam. Quasi vero ipse non propter  
libidinem tanta flagitia faciat et  
dicat. *xxvj.*

**S**ic igitur affecto. hec  
adhibenda curatio est:  
ut et ostendat quoniam leue sit illud  
quod cupiat. quoniam contempnendum. quod  
nichil sit omnino. quod facile uel a  
limite uel a homine profici uel omnino  
negligi possit. Abducendum est  
etiam non nunquam ad alia studia.  
solicitudines. curas. negotia. lo-  
ti demum mutatio tanquam egipti  
non conalescentis. sepe curandum  
est. Etiam nouo quidem amore ve-  
terem amorem tanquam clauo clauum  
excitandum putant. Maxime autem  
amouendum. quoniam sit furor amo-  
ris. omnibus enim ex animi perturba-  
tionibus est profecto nulla vehemen-  
tior: ut si iam ipsa illa accusata no-  
lis. stuprum dico et corruptelas. et  
adulteria. incesta demum quorum  
omnium est accusabilis turpitudine. Sed  
ut hanc omittas. perturbatio ipsa men-  
tis in amore pro se feda est. Nam  
ut illa preteream que sunt furoris:  
hanc ipsam pro sese quam habet lenitatem.  
que videntur esse mediocria. In-  
iuriam. iniuriam. suspiciones. indu-  
cie. bellum. pax rursus incerta.  
hec si postules ratione certa facere:  
nichilo plus agas. quam si res operam.  
ut cum ratione insanias. hec inco-  
stantia mutabilitasque mentis que  
non ipsa prauitate detreat. Est  
enim illud quod in ipsa perturbatione  
dicatur demonstrandum nullam esse.

nisi optimabilem. nisi iudicio suscep-  
tam. nisi voluntariam. Etiam si na-  
turalis amor esset. et amaret omnes.  
et semper amarent. et idem amaret:  
neque alium pudor. alium cogitatio. a-  
lium sacietas detereret. *xxvij.*

**I**ta vero que quoniam diu per-  
turbat animum. dubitati-  
onem insanie non habet:  
cuius impulsu existit etiam in-  
fratres tale iurgium. **Q**uis ho-  
te exsuperavit unquam gentium impu-  
dentia. Quis autem malicia te?  
**P**rostris que sequuntur. Altius  
enim versibus inuoluntur inter fratres  
grauissime contumelie: ut facile  
appareat atroci filios esse eius qui  
meditat penam in fratrem nouam.  
**M**aior michi moles manus in-  
cendit malum: qui illius acerbum  
cor concidit et compunctum. **Q**u-  
igitur hanc erit moles. audi thieste  
ipsum. hortatur me frater. ut meos  
malis miser mandarem notos eorum  
viscera apponit. **Q**uid est enim  
quo non pergridatur eorum ira. quo  
furore? Itaque uatos proprie exisse  
dicimus de pietate: id est de consilio.  
de ratione. de mente. Honor enim pietas  
in totum animum esse debeat. **H**is  
demum autem subtrahendi sunt ei in  
quos impetum conatur facere: dum  
se ipsi colligant. Quid est autem  
seipsum colligere. nisi dissipatas animi  
partes. rursus in suum locum cogere.  
Aut rogandi orandi que sunt. ut si  
quam habent ulciscendi vim. diffe-  
runt in tempus aliud dum deferues-  
cat ira. deferuescent autem certe signum



91

fiat ardorem animi multa ratione  
excitatur. Ex quo illud laudatur  
archite. Qui cum villico frus eet  
uatiore: quo te modo inquit acce-  
pissim: nisi natus oem. Vbi ergo  
isti qui uilem uacilliam dicunt?  
Potest uilis ee infamia. aut na-  
turale quiddam est et scdm natu-  
ram. quod fit repugnate ratione.  
Quomodo autem si naturalis esset  
ira. aut alius alio magis uacilliam  
eet. aut finem haberet. p usq eet  
ulla uilascendi libido. aut quecum  
penitet qd defeciss p iram. ut a-  
lexandru regem uidem. Qui  
cum interemisset dnu familiare  
suu: iuxta se mans abstinuit. Ta-  
ta vis fuit penitendi. Quibz cog-  
nitis: quis est. qui dubitet quin  
hic quoq motus animi sit totus  
opimabilis ac uoluntari. **xxviii.**

**Q**uis em dubitauit. quin  
egotationes animi qualis  
est auaricia et glie au-  
piditas eo q magis estimetur. ea  
res ex qua animus egrotat oia.  
Vnde intelligi debet purbationem  
quoq omne ee in opimone. Et  
si ergo fiducia id est firma animi  
confisio sca quedam est. et opno  
grans non teme assentientis. Me-  
tus quoq est diffidencia expectati  
et impendentis mali. Et si spes  
est expectatio boni: mali expecta-  
tionem ee uice est metum. ut igit  
metus. sic relique purbationes st  
in malo. Ergo ut constacia scie:  
sic purbatio curis est. Qui at  
natura dicitur uacilli aut miseri

cordes aut mundi aut tale quid:  
eis sunt constituti quasi mala vali-  
tudine animi. Sanabiles tamen:  
ut socrates dicitur. cum multa in  
conuentu uicia collegisset. et eum  
zophirus qui natura cuiusq ex  
forma pspice profitebat. stupi-  
du dixisset et mulierosiu: derisus  
est a ceteris qui illa in socrate uicia  
non agnoscent. ab ipso autem socrate  
subleuatus: cum illa sibi signa i-  
ee sed ratione a se derecta diceret.  
Ergo ut optima quisq ualitudine  
affectus potest uideri ut natura  
ad aliquem morbu pclinor: sic au-  
mus alius ad alia uicia ppenfior.  
Qui autem non natura sed culpa  
uiciosi ee dicitur: eorum uicia constat  
e falsis opimoribz rem bonarum et  
malarum. ut sit alius ad alia uicia  
et motus purbationesq pclinor.  
Inuetatio autem ut in corporibus  
egrius depellitur q purbatio:  
cibus q repentini oculor tumor  
sanatur. qm diuturna lippitudo  
depellitur. **Capitulum. xxix.**

**S**ed cognita iam causa  
purbationum. que omnes  
oriuntur ex iudicij opinio-  
ni et uoluntatibz: sic iam dispu-  
tationis huius modus. Scire autem  
nos oportet. cognitio que ad pos-  
sunt ab homine cognosci bonorum et  
malorum finibz nichil a plura posse  
aut minus aut ualius optari:  
qm hec que a nobis h triduo dis-  
putata sunt. Morde em concepta  
et dolore ad paciendu leuato aduiri-  
m sanationem egritudinis: qua

93



nullū homī maus malū est.  
Et si em̄ om̄is animi p̄urbatio  
gravis est nec multū differt  
ab amencia: tū ita cet̄os cū sūt  
in aliqua p̄urbatioe. aut metus.  
aut leticie. aut cupiditatis. cōmo-  
tos modo et p̄urbatos dicē sole-  
mus: ac eos qui se egritudinē  
dediderūt miserōs. afflictos. enūp-  
nosos. calamitosos. Itaq; nō for-  
tū fr̄m videtur. sed a te rōne  
ppositum. vt separatim de egritu-  
dine et de ceteris p̄urbatioib; *disputacem.* In ea em̄ est fons  
miseriarū et caput. Sed et egr-  
tudinē et reliquorū animi morbo-  
rū vna sanatio est: om̄s opina-  
biles eē et voluntarios. Faq;  
re suscipit qd̄ ita rectū eē videa-  
tur hunc eriditū. quasi radicē  
om̄i malorū stirpit. se phia ex-  
tracturā pollicetur. Demū nos  
igitur hunc excolendos: paciam;  
q; nos sanari. Hys em̄ malis i-  
sidentib;: non modo beati: sed ne-  
sani quidem eē possum;. Aut  
igitur negem; quidq; rōne cō-  
ficia. cum cōtra nichil sine rōne  
recte fieri possit. aut cū phia  
ex rōne constet. ab ea si bonū &  
beati volum; eē om̄ia aduimē-  
ta et auxilia petam; bene bea-  
teq; viuendi. *u u u u u u*

**Explicit liber quartus.**

**I**ncipit quintus liber

**Q**uintus hic breue  
dies finem faciet  
tusculanarū dispu-  
tationū. Quo die  
est a nobis addere  
quā ex om̄ib; maxime plus  
disputatū. Place em̄ tibi ad mo-  
dum sensi. et ex eo libro quē ad  
me accuratissime scripsisti. et ex  
multis sermomb; tuis: virtutē  
ad bene viuendū seipā eē contē-  
tam. Quod et si difficile ē pro-  
batū pp̄ tam varia et tā multa  
tormenta fortune: tale tū est ut  
elaborandū sit quo facili; pro-  
betur. Nichil est em̄ om̄ que  
in phia tractatur. quod graui;  
magnificētius q; dicat;. Nā cū  
ea causa impulerit eos q; p̄mi-  
se ad phie studiū contulerūt. vt  
om̄ib; reb; post habitis totos se  
in optimo vite statu exquiredo  
collocarent: p̄fecto spe beate  
viuendi tantā in eo studio auā  
opamq; posuerūt. Qd̄ si ab hys  
inuenta et p̄fecta virtus est. et  
si p̄sidi; ad beate viuendū in vir-  
tute satis est: quis est qui non  
p̄clare et ab illis positam et a  
nobis susceptā opam philosophā-  
di arbitretur? Sū aut; virtus sū-  
iecta sub varios incertos q; cas;  
famula fortune est nec tantarū  
virū est ut seipā tueatur: uere-  
or ne tam nō virtutis fiducia  
viuendū nobis ad spem beate vi-  
uendi. qm̄ uota facienda videat;. *al' beate*  
Equidem eos casus in quib; me  
fortuna vehementer exant. metū



ip̄e considerans huic incipio sen-  
 tencie diffidē interdū: et hūa-  
 in genicis imbecillitate fragili-  
 tatemq; extimescē. Veror em̄  
 ne natura cū corpa nobis infir-  
 ma dēdisset. hysq; et morbos ī-  
 sanabiles et dolores intolerabi-  
 les aduēxisset: ammos q; dēdit  
 et corporū dolorib; conguētis ē  
 sepatim suis angorib; et molesti-  
 tīs implicatos. Sed in hoc me  
 ip̄e castigo: qd̄ ex aliorū et ex  
 uirū fortasse mollitia non ex ip̄a  
